

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti**

Evgraphi commentvm continens

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1908**

Commentum Adelphorum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

EVGRAPHI  
COMMENTVM ADELPHORVM

---

$\beta \left\{ \begin{array}{l} A = \text{cod. Ambros. H 75 inf. s. X: prol.} \\ G = \text{cod. Sangall. 860 s. XV.} \end{array} \right.$

$\alpha \left\{ \begin{array}{l} B = \text{cod. Vatic. Basilic. 19 H. s. X: prol.} \\ V = \text{cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.} \\ S = \text{cod. Paris. lat. 16235 s. X: — III 5, 4.} \\ P = \text{cod. Paris. lat. 7520 s. XI : I 1, 44 — fin.} \end{array} \right.$

$\beta = \text{consensus codicum } AG \quad \left. \begin{array}{l} \text{aut omnium aut eorum qui} \\ BVSP \end{array} \right\} \text{exstant.}$

*Faernus* = editio P. Victorii cum emendationibus G. Faerni  
Veneta 1561

*Lindenbr.* = „ Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.

*Westerh.* = „ A. G. Westerhovii Hagana 1726.

*Zeune* = „ I. C. Zeunii Lipsiensis 1774.

*Klotz* = „ R. Klotzii Lipsiensis 1840.

---

*W.* = Wessner.

\*\*\*\*\* lacuna.

---

*Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec.  $\beta$  exstant.*

# ADELPHOE

## PROLOGVS

1     1 POSTQVAM POETA SENSIT SCRIPTVRAM SVAM AB INI-  
QVIS OBSERVARI eadem consuetudo prologi semel signata  
apud Terentium perseuerat, uti magis maledictis aduersarii  
respondeat quam quae sunt prologorum officia compleat.  
'postquam ergo poeta sensit ab inquis obseruari' ab ad-  
3 uersariis, hoc est a Luscio Lanuino. — 3 IN PEIOREM PAR-  
TEM QVAM ACTVRI SVMVS animaduertit iniquos suos aliter  
rapere quod dictum a Terentio est, *id est* quam nos acturi  
4 sumus comoediam. — 4 INDICIO DE SE IPSE ERIT ipse de  
se uoluit indicium dare, uti uos iudices esse possitis, an 10  
9 id quod fecit laudandum sit an uituperandum. — 9 IN  
PRIMA FABVLA *hoc est*: in prima parte fabulae, ut Virgilius  
(*Aen.* IX 244) 'uidimus obscuris primam sub uallibus urbem'.  
dixi in alia comoedia et magis in Andria hanc fuisse con-  
suetudinem poetis Latinis, uti crimen non esset aliquid 15  
de Graeco transferre in Latinum, uerum illud esse criminis,  
<si> simul alteram contingere uel si id diceret, quod iam  
a Latino fuisset expressum. ergo quod adulescens quidam  
meretricem eripit, de comoedia tractum uidetur, quae iam,  
cum Graeca fuisset, a Latino translata est. sed haec pars 20  
comoediae praetermissa est, ubi adulescens lenoni eripit  
meretricem. quod si ita est, ut ille, qui transtulit, apud

3 aduersariis α || 4 quam quae] neque α | <quae> com-  
plete α || 8 est ante a α || 10 uoluit de se α | an post facit α ||  
11 facit Goetz: facit codd. | an] aut β || 14 aliis comoediis  
*Faernus* || 17 si simul alteram Schoell (*coll. p. 3, 22*): simulata  
α, simutata β | contingere (*ex-ret V*) α | diceret *Faernus*: -retur  
codd. || 22 transtulerit α | apud] aliam α

comoediam Graecam hanc partem reliquerit, non uidetur  
 a Terentio ullum crimen admissum, si id transtulit, quod  
 12 apud Graecos integrum manebat. ideo adiecit **12** EANDEM  
 NOS ACTVRI SVMVS NOVAM, ut non iam sit hoc furtum,  
 quod non a Latino dictum est, sed potius reprehensus hic 5  
 locus est, qui est *per neglegentiam praetermissus.*\* alia sub-  
 inde proponitur quaestio, quod maledici homines frequen-  
 tissime dicant Terentium adiuuari a nobilibus *et ingenio*  
*multorum comoedias eum scribere:* erat enim opinio, quod a  
 Laelio et Scipione et a Seruilio adiuuaretur. sed hoc crimen 10  
 ad gloriam reuocat et confitetur satis laudabile esse se  
 20 *quidem talibus uiris placere.* — **20** QVORVM OPERA IN BELLO  
 hic Scipio est Africanus, IN OTIO Laelius sapientissimus  
 atque iustissimus, IN NEGOTIO uel Philus uel Seruilius, *ut*  
*diximus*, quorum opera unusquisque ‘suo in tempore’ in 15  
 necessitatibus suis usus est sine aliqua eorum superbia.  
*ita maxima gratia his omnibus debetur, ut potentes uiri*  
*sunt, quibus placere maxima laudis est.* deinde subiungit,  
 cur officium suum non compleat, ut argumentum narret,  
 quod senes primi ueniant argumenti continentis exposi- 20  
 tionem, et breuiter postulat audientiam **24** FACITE AEQVA-  
 NIMITAS hoc est aequus animus POSTEA AD SCRIBENDVM  
*AVGEAT INDVSTRIAM.*

α \* [6] ‘reprehensus’ autem interdum significat iterum pre-  
 hensus.

## I.

### 1.

26 **1** STORAX NON REDIT HAC NOCTE A CENA AESCHINVS uide-  
 tur hic, quanta cura sit de filio cogitare, *deinde altera, an* 25

3 integrum] intactum α || 4 hoc sit α || 5 quod] quia α ||  
 8 nobilioribus α || 9 eum Schoell: eius codd. || 11 laudabile satis  
 α || 12 uiris talibus α || 13 africanus est α || 15 suo quisque (*pro*  
*in*) tempore *ante* quorum α || 16 usus est *ante* in α || 19 non  
 B, hic om. rell. | <non> narret AVS || 20 <qui> primi uenient  
 et continent α || 22 aequos animos <ut habeatis> α

filii metu an amore sint gubernandi. ac primo conquisitio  
est et interrogatio praecedens, quae duplex dupli sensu  
intelligi potest. nam nomen serui cum dixisset, possumus  
intelligere, quod non responderit, et ex hoc compererit,  
quod non reuersus sit filius, ut pronuntiemus per confirmationem <sup>5</sup>  
'non rediit hac nocte Aeschinus neque seruolorum quisquam, qui aduersum ierant'. rursus pronuntiatio  
altera esse potest, tamquam seruus *Storax* uocatus responderit et ipsum interroget 'non rediit hac nocte Aeschinus?'  
 28 eiusque consensu, quod non redierit, ingressus sit. — **3** PRO-<sup>10</sup>  
*FECTO HOC VERE DICVNT sine dubio uerum est quod com-*  
*memorant. — SI ABSIS VSPIAM AVT IBI SI CESSES* *<si>* alicubi otiosus uiuas, melius est, ut eadem tibi eueniant quae  
dicit uxor irata et de te cogitat, quam illa quae de te  
cogitant parentes propitii, hoc est sancti et religiosi\*. — <sup>15</sup>  
 31 **6** *SI CESSES* *<si>* alicubi amoris causa otiosus sis uel quiescas,  
uxor cogitat aut te amari aut te amare, quae animo coniugali de marito suspicatur. et haec cogitatio coniugis est, at  
 35 *uero patris illa* **10** *EGO QVIA NON REDIT FILIVS QVAE COGITO*  
 36 *ET QVIBVS NVNC SOLLICITOR REBVS.* — **11** *NE AVT ILLE ALSE-*<sup>20</sup>  
*RIT\** ne frigore forte graui affectus sit. deinde thesis, quod  
 39/40 dicit **14** *QVOD SIT CARIVS QVAM EST IPSE SIBI.* — **15** *AT*  
*EX ME HIC NATVS NON EST SED EX FRATRE* quod supra pro-  
*logus nuntiauit, quod argumenti partem senes, qui primi*  
*sunt, explicabunt. nam docet, quod hic adulescens in*<sup>25</sup>  
 43 *adoptionem sibi a fratre sit datus. — 18 ET QVOD FOR-*  
*TVNATVM ISTI PVTANT VXOREM 'isti' qui duxerunt. —*  
*a\*[15] timent, ne absentibus filiis aliquid mali eueniat (cf. Schlee).*  
*dehinc a generali ad speciale transit.* [frigent.  
 \* [21] id est mortuus sit (cf. Bruns et Schlee), quia morientes

4 responderit] sc. seruus | compererit (sc. Micio) Schopen:  
cooperit codd. || 5 reuersus Lindenbr.: -surus codd. || 9 inter-  
roget] sc. Micio || 12 ibi] ubi G | si add. W. | <id est> alicubi α ||  
13 ut — quae] tibi euenire quod α || 14 uxor irata post cogitat  
α || 15 id est α | <ut> sancti G; et? || 16 si add. W. || 17 quae  
<utique> animo — suspicatur *quod alteram amet ac illi sit soli*  
*bene* *ante* 15 parentes α || 18 haec *ante* 17 cogitat codd., transp.  
W. || 19 reddit α

- 50 **25** *ILLE VT ITIDEM CONTRA ME HABEAT FACIO SED VLO clementia et indulgentia mea facio, ut et ille diligat pariter.* —
- 51 **26** *NON NECESSE HABEO OMNIA PRO MEO IVRE AGERE ius enim patris est peccata corrigere filiorum. at hic per indulgentiam dixit non necessario sibi hoc incumbere, ut omnia 5 peccata corrigat, sed aliquid de iure proprio obliuiscatur.* —
- 52 **27** *POSTREMO ALII CLANCVLVM PATRE<sup>(S)</sup> QVAE FACIVNT . . . EA NE ME CELET CONSVEFECI <FILIVM consuefeci>, inquit, filium non me celare ea, quae alii faciunt patribus nescientibus. deinde iam thesis illa supponitur, uti non metu sed melius 10 58 amore liberi teneantur: **33** *PVDORE* inquit *ET LIBERALITATE**
- 64 *LIBEROS RETINERE SATIVS ESSE CREDO QVAM METV.* — **39** *NI-*  
*MIVM IPSE DVRVS EST PRAETER AEQVVM ET BONVM* hic sermo magis ex persona Demeae accipiendus est, *ut non Micio de fratre dixerit quod durus sit, <sed> potius Demea com-* 15  
*motus, quod durus semper appellatus sit, magis hunc Mi-*  
*cionem durum dicat praeter aequum et bonum, quod,* dum clementiam custodit circa filium nimiam, sic eum in peccata prouocet, quod est quasi quoddam duritiae genus, non sentire quid criminis sit, quid ad decus 20  
*65 perueniat.* — **40** *ET ERRAT LONGE MEA QVIDEM SENTENTIA*  
*QVI IMPERIVM GRAVIVS CREDIT AVT STABILIVS VI QVOD FIT*  
*et multum quidem, sicut sentio, errat Demea, quod credit*  
*hoc grauius esse imperium et magis stabile quod ui con-*  
*ficitur, quam illud quod per amicitiam copulatur. ut 25*  
*illud est Sallustii (Iug. 10, 4) 'non thesauri neque exer-*  
*citus praesidia regni sunt, sed amici, quos neque armis*  
*69 parare neque pretio quisquam possit'.* — **44** *MALO CO-*  
*ACTVS QVI SVVM OFFICIVM <FACT>* ut ostendat non rec-  
*tum esse imperium id quod <ui> comparatur, quam illud 30*

1 item *Ter.* || 2 ille <me>? || 8 *FILIVM consuefeci add. W.* ||  
 11 liberi *ante* amore α, *om. G* | *teneant G* || 14 *Micio]* mihi hoc  
*G* || 15 *sed add. W.* || 16 <qui> *mitionem α* || 17 *dicat durum α* ||  
 18 *nimiam ante* circa α || 19 *quasi om. G* | *duritiae] durum G* ||  
 20 <de>*decus α* || 21 *pertineat?* | *mea post sententia G* || 24 *hoc*  
*id α* | *et imperium G* || 27 *sed] uerum α (Sall.)* | *armis cogere*  
*neque auro parare queas Sall.* || 28 <comparare> *quiquam pos-*  
*sunt α* || 30 *ui add. Lindenbr.*

quod amicitia adiungitur, quandoquidem quod oportet <et> ex persona sua est, id efficit non uoluntate, non sponte, sed ui coactus. sed mala tam diu ista <non> efficit, quādiu intelligit sciri posse, si aliter fecerit; ergo interim pauet et prospicit. sin autem sperat clam futurum esse quod facit, reuertitur ad ingenium, uti male faciat. at uero ille, qui ex animo facit, ex beneficio uictus, non ex terrore compulsus uult multam referre gratiam bene meritis; licet ita praesens sit, licet absens sit, id ex animo facit semper ac compleat ea quae recta sunt. hoc ergo ad patres potius 10 pertinet, uti filii quod faciunt recte sua sponte faciant, non alieno metu atque terrore, quippe cum intersit inter dominum atque patrem: nam pater lenitate, dominus honoratur metu.

## 2.

- 81     1 HEM OPPORTVNE iracundi hominis continuo pro- 15  
nuntiata sententia est, qui salutatus resalutare noluit, *cum et supra dixisset (I 1, 55—56) 'saluum te aduenire, Demea, gaudemus'.* et hic, quod frequenter dixi, domo discedente quasi quaedam uidebatur esse profectio, ideo 'saluum te aduenire gaudemus' dicit. — 2 ROGAS ME NO<BI>S VBI 20  
AESCHINVS SIET QVID TRISTIS EGO SIM interrogas me, quid ego tristis sim, cum Aeschinum filium non habemus? deinde 82 sumpsit generalem accusationem 4 QVEM NEQVE PVDET QVICQVAM NEC METVIT QVEMQVAM NEC LELEM PVTAT TENERE SE VLLAM. quoniā accusatores constat semper de praeter- 25  
ritis fidem facere, sicut et crimen apponere, apponit hoc 83 6 NAM ILLA Q. A. H. F. S. O. M. Q. DESIGNAVIT. designare proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. deinde

1 quod 1. om. G | adiungit (iungit G) codd. | qm (= quoniā) quidem codd. (recte?) | et add. W. || 3 non add. W. || 4 scire G, corr. W. || 9 ex] ei G || 10 hoc ergo] hic incipit cod. P || 13 lenitatem uoluntate Goetz | honoratur metu] metu ualeat α || 16 qui] q G || 20 ME] ne G || 24 se tenere G || 25 VLLAM — 27 M. Q. om. VS || 26 sic P | apponere <consuerunt> P || 27 NAM — DESIGNAVIT om. G | dissignare α

positio ipsa est criminis, sed per augmentum. nam cum  
 lenonis domum uel cellam potius adulescens esset ingressus,  
 88 ut meretricem abduceret, hic exaggerans dicit **8 FORES**  
**89 EFFREGIT ATQVE IN AEDES IRRVIT ALIENAS; 9 IPSVM DOMI-**  
**90 NVM appellauit lenonem, deinde meretricem **10 MVLIEREM**** 5  
*dixit.* et hoc quasi criminis genus probauit a testibus, quod  
**91 11 OMNES CLAMANT INDIGNISSIME FACTVM quod sibi multa**  
*dixerint et quod opinione apud populum turpi sit collocatus.*  
 deinde adiecit comparationem, quod facilius uita possit  
 deprehendi ex hoc, quia eius frater ruri det operam ne-  
 sciens, quod eadem meretrix ipsi adulescenti raptâ sit. sed  
 omnis conclusio accusationis in Micionem, qui eius pater  
 est, retorquetur, quod ipse filium corruperit lenitate. —  
**98 18 HOMINE IMPERITO NVMQVAM QVICQVAM INIVSTIVS**  
 defensionem parans ab ea parte coepit, quae obiurgationem 15  
 tenet, quia imperitus homo satis semper iniustus est: nihil  
 enim credit rectum, nisi quod ipse fecit. parat autem de-  
 fensionem adulescentiae sciens meretricem raptam. *quod*  
**101 uero dixit 21 NON EST FLAGITIVM MIHI CREDE ADVLE-**  
**SCENTVLVM SCORTARI NEQVE POTARE NEQVE FORES EFFRINGERE** 20  
**104 <\*\*\*\*>. — 24 TV <NVNC> TIBI AD LAVDEM DVCIS QVOD TVNC**  
*FECISTI INOPIA tu credis hodie esse gloriosum, quod tunc*  
*propter inopiam fecisti: non enim est laus ibi esse integrum*  
*tibi, ubi nullus est amicus, qui aut conetur uel possit cor-*  
**110 rumpere. — 30 ALIENIORE AETATE POST FACIET TAMEN aetate,** 25  
*quae esset aliena, hoc est post adulescenciam. deinde dum*  
*molestiam scnis uideret accusantis, quo eius iracundiam*  
*sedare posset, dicit omnem sumptum filio a se subministrari*  
*et sibi iam in adoptionem filium traditum, unde suam cu-*  
*ram circa illum esse debere. at ille negat optime consulere,* 30  
*quod natura pater non sit ei: illum enim consilio dicit esse*

2 esset] fuisset α || 5 lenonem appellauit α || 8 dixerint  
 W.: -runt G || 13 retorquetur <et transfertur (-feretur VS)> α ||  
 15 coepit (inc- VS) parte α || 17 fecerit G (recte?) || 21 lac. sign.  
 W. || 32 est laus α || 24 nullus — corrumpere] non est possibili-  
 litas corrumpendi α || 31 <Tu> natura pater α | illum enim W.:  
 ille G

patrem. ut Sallustius dicit (*Catil. 6, 6*) ‘curae similitudine patres appellabantur’. postremo concludit, quod iam ueluti repetat filium, quem dedisset, ut iam de ipso cogitat. hac re territus discedit senex, cum iracundia tamen conqueritur, quod omnino alienus non sit a filio ac propterea co-<sup>5</sup>  
 141 gatur de eo cogitare. — **61** NEC NIHIL\* NEQVE OMNIA HAEC SVNT QVAE DICIT non omnino, quod dicit, nihil est etiam, non tamen omnia, quae dicit, uera sunt. namque *⟨non⟩ nihil haec molesta sunt*, sed causam cumulare aegritudinis nolui, si etiam me irasci dicerem. tali ergo natura homo 10 est, qui etsi placetur, tamen irasci non desinat. si ergo adiunetur eius iracundia, pro certo fiet insania. nunc redit ad aestimationem an uere Aeschinus peccauerit, quod mere-  
 trices uniuersas dilexerit, quod omnibus dederit, quod iam paene taedio meretricum promiserit se uxorem esse ductu-<sup>15</sup> rum, unde iam adolescentiae temperatam uim credebat. nunc autem quasi ad meretricum amores uidetur esse reuocatus, quia nescit pater, quod non sibi meretricem rapuerit sed fratri.

α\* [5] per litotem aliquid (cf. Bruns et Schlee).

## II.

### 1.

155      **1** OBSECRO POPVLARES FERTE MISERO ATQVE INNOCENTI AVXILLIVM haec scaena uim concertationis tenet sine ulla 20 specie controuersiae: tantum in dictis quaedam qualitas continetur. [hoc nomen significat de populo, socios, eiusdem 156 condicionis.] — **2** OTIOSE NVNCIAM HIC CONSISTE hoc intelligendum ad mulierem dici, quae sublata est, ut secure 157 et otiose consistat. denique adiecit **3** QVID RESPECTAS NIHIL 25

2 conclusit *G* || 8 non add. *W.* || 9 sed — insania] sed simulate ago, quia, si fratri iracundiam iuuarem, protinus insaniret α || 10 *⟨iam⟩ me G | homo W.: ēō G || 11 qui Schoell: quia G || 12 nunc redit W. (duce Lindenbr.): nam credit (redit α) codd. || 20 uim om. G || 21 controuersiā G || 22 hoc — condicionis secl. *W.* (interpol. ex *Phorm. I 1, 1*) | significat om. *G* || 24 dici ad mulierem α || 25 respicias *GPV**

PERICLI EST NVMQVAM DVM EGO ADERO HIC TE TANGET. —

158/59 **4** EGO ISTAM INVITIS OMNIBVS eripiam uel tangam. — **5** ITERVM  
VT VAPVLET supra enim, cum meretrix raperetur, leno  
160 uapulauit. — **6** NE TE IGNARVM FVISSE DICAS\* MEORVM  
MORVM ne facile te defendas, quod ignarus fueris meac 5  
consuetudinis. breuiter mores suos ostendit et consuetudinem  
liberalem, multa mala dicendo cum nomine, quod sibi esset  
161 inditum ex officio suo: **7** LENO inquit EGO SVM. sed cum  
audisset Aeschinus, illud potius intellexit, quod leno facilis  
esset, qui plagis ac uerberibus subiceretur; **<nam>** magis 10  
ad contemptum hoc nomen audiuit. ideo adiecit leno **AT**  
162 **ITA VT VSQVAM FVIT FIDE QVISQVAM OPTIMA.** — **8** TV QVOD  
TE POSTERIVS PVRGES HANC MIHI INVRIA NOLLE FACTAM tu  
posterius fortasse sic te purgare incipies, quod nolles mihi  
163 fecisse iniuriam. — **9** EGO HVIVS NON FACIAM intelligen- 15  
dum est, quod quasi de ueste floccum carpserit modicum-  
que abstulerit et sic intendens dixerit ‘huius non faciam’,  
hoc est: nec huius paruuli te faciam, ac propterea: con-  
temnam et despiciam, ac meum ius potius persequar. —

164 **10** NEQVE TV VERBIS SOLVES VMQVAM QVOD MIHI RE MALE 20  
FECERIS **<quod>** tu mihi re ipsa ac ueritate noces, num-  
165 quam hoc uerbis solues. — **11** IVS IVRANDVM DABITVR IN-  
DIGNVM TE ESSE INVRIA HAC quemadmodum sponsio fieri  
solet ante iudicium, ita hic dixit: ius iurandum dabitur,  
quod indignus fueris, qui hanc iniuriam mihi faceres, licet 25  
167 ego dignus sum, quod acceperim. — **13** ABI PRAESTRENVE  
174 valde competenter. — **20** VERVM IN ISTAM PARTEM POTIVS  
PECCATO TAMEN ut lenonem caederet seruus, non innuerat  
adulescens: ‘sed hanc’ inquit ‘in partem potius peccato;

**α\*** [4] prodest enim absolutioni reorum imprudentia aut casus  
aut necessitas.

4 FVISSE om. G || 7 nomen G, corr. W. || 10 nam add. W. ||  
11 leno **<sed talis qualis f· a· f· o ·(e · VS)>** α || 14 mihi nolles α ||  
15 facere G | ego **<te>** α; non est Ter. | intelligendum — faciam  
om. VS || 17 dixit G || 20 **<in>** re G || 21 quod add. W. || 23 ante  
iudicium fieri solet α || 26 sim? || 27 competitor] obsequenter  
α || 29 hac (**ex** hanc V) ... parte α

licet enim contra imperium meum feceris, tamen id fecisti  
 176 quod uellem'. — 22 ORNATVS ESSES TVIS EX VIRTVTIBVS  
 hoc est: obessent tibi mores tui. uirtutes hic\* uitia collo-  
 178/80 cauit. — 24 INFORTVNIVM malam fortunam. — 26 ANTE  
 AEDES NON FECISSE ERIT MELIVS HVIC CONVICIVM ante ades 5  
 <\*\*\*\*> aliud ille leno<ni> proposuit. at hic, quia nullam respon-  
 sionem inuenire potuit satis idoneam, aequam omnibus apud  
 Athenas ait esse libertatem, ubi communis omnium erat  
 libertas: populi enim iussu respublica gerebatur, <non>  
 184 patriciorum. — 30 SI SATIS DEBACCHATVS ES LENO AVDI NVNC- 10  
 187 IAM id est: furore agitatus es; uti Bacchae. — 33 LENO  
 INIQVA ME NON VVLT LOQVI liquide ostendit, quam iniquus  
 188 ipse sit, cum dixerit 34 LENO SVM FATEOR sensus est:  
 sum quidem quod obicis, sed quamquam pernicies sim  
 communis adulescentium, quamquam periurus, nulla tamen 15  
 191 tibi a me facta est iniuria. — 37 QVAE RES TIBI MALE  
 VERTAT quod illud est (Verg. ecl. IX 6) 'nos illi — quod non  
 194 bene uertat — mittimus haedos'. — 40 NAM EGO LIBERALI  
 CAVSA ILLAM ASSERO MANV an liberali manu an etiam liberali  
 196 causa, ut eius ostendat libertatem? — 42 DVM EGO REDEO 20  
 LENO conclusit id quod conuicio dolorem pareret. cum  
 201 mora igitur pronuntiandum est 'leno'. — 47 QVANDO BENE  
 PROMERVIT FIAT SVVM IVS POSTVLAT propterea quoniam mihi  
 <bene> fecit [QVANDO BENE PROMERVIT hoc est multa prae-  
 stitut mihi], ideo postulat, ut quod sibi sit utile faciam. — 25  
 202/4 48 ARIOLOR quasi diuino uel uatem patior. — 50 MOX  
 CRAS REDI singula pronuntianda sunt: quod solent dicere

α\* [3] per ironiam (cf. Bruns et Schlee)

1 id fecissem G || 3 <pro> uitiis α || 5 melius <non fecisse>  
 G || 6 lac. sign. Schoell sic fere expl. conuiciari lege uetitum erat,  
 unde dedecus; idem lenoni || 8 fuerat α || 9 agebatur α | non patri-  
 ciorum Schoell: petrici aitorum G || 11 id est suspectum in rec. β ||  
 12 liquide] satis α || 14 obicis] dicis α | quamquam bis] etiam quod  
 α || 15 adulescentum G || 18 ego <an> α || 20 <dicat> ut α | ostendā  
 G | liberalitatem P | redeam G || 21 paret GP || 23 propterea  
 quoniam W.: positaquam G || 24 bene add. W. | QVANDO — mihi  
 secl. W. (cf. Don.) | mihi praestitit α || 25 ut W.: id G || 26 ariolor  
 <est> α | uel] aut G | uatem patior] uaticinor Lindenbr.

207 debitores, ut non reddant quod debent. — 53 ET MVSITANDA INVRIA EST ADVLESCENTIVM tacenda *etiam* et animo continenda, *ut illud est* <\*\*\*\*>.

## 2.

209      1 TACE EGOMET CONVENIAM IPSVM CVPIDE ACCIPIAT FAXO  
Aeschinus posteaquam uerberato lenone mulierem abduxit, 5  
uehementer timuit, ne *leno ingemiscens plagis multa diceret*  
*et aliquo pacto* hoc pater audiret. mandat igitur seruo, ut  
lenonis iracundiam frangat. seruus autem non solum istud  
promittit, uerum *etiam quod libenter pretium sit accepturus*  
*pollicetur et ita tantum abesse ut irascatur, uti gaudeat* 10  
216 *sibi pretium restitutum.* — 8 PECVNIA IN LOCO NEGLEGERE  
INTERDVM MAXIMVM EST LVCRVM ‘in loco’ ubi oportet, ubi  
ille, qui accepit, memor esse potest. ideo inquit ‘interdum’.  
217 — 9 SI NVNC DE TVO IVRE PAVLVVM CONCESSISSES hoc  
est: non plurimum leno esses, ut intelligamus: si auari- 15  
219 tiam temperares. — 11 NE NON ISTVC TIBI FAENERARET  
lucro *etiam emolummentum esset.* — EGO SPEM PRETIO NON  
220 EMO malo pretium, quam *contempto pretio spem.* — 12 NVM-  
QVAM REM FACIES hoc est: numquam diuitias neque pecu-  
niam quaeres. — NESCIS INESCAPE HOMINES nescis iactare 20  
223 praedam et maiora lucra captare.\* — 15 QVASI VERO  
VSQVAM TIBI SINT VIGINTI MINAE quasi aliquod emolu-  
mentum apud te habeant uiginti minae, dummo<sup>d</sup> do-  
224 mino obsequaris. — 16 PRAETEREA AIVNT TE PROFICISCI  
IN CYPRVM hoc init seruus, tamquam audierit, quia 25  
leno profecturus est Cyprum, uti meretrices inde uehat,  
α\*[21] et est ‘inescare’ decipere.

3 fort. Verg. Aen. XII 657 mussat rex ipse Latinus *suppl.*,  
cf. Don. || 5 postquam G | abduxit mulierem α || 8 iram G ||  
12 <id est> ubi α || 14 NVNC om. G || 15 si om. α || 17 <in> spem  
α || 18 contempto — spem] emam pretio spem, quasi, si id omi-  
sero, postea plura accepturus α || 19 facias G || 20 nescis — et]  
id est iactata esca ut in hamo α || 22 quasi — minae om. G ||  
24 obsequare G || 25 tamquam] uel ante quam α | quia om. VS ||  
aduehat α

226 quod Cyprus Veneri sit consecrata. — 18 TAMEN HOC AGES  
 228 cum redieris, hanc pecuniam exiges. — 20 INIECI HOMINI  
 229 SCRVPVLVM\* immisi curam et sollicitudinem. — 21 VT IN  
 IPSO ARTICVLO OPPRESSIT articuli sunt in digitis, quorum  
 nodo atque flexu ad actus facilis explicatio est. at si in 5  
 ipso articulo quis aliquem teneat rigore confecto, cum  
 flexura nulla fiet, nihil agi exinde potest. ita hic temporis  
 articulum collocauit, quoniam oppressus actus suos dicit  
 231 implicatos. — 23 NISI EO AD MERCATVM VENIO hic 'eo'  
 non uerbum est, sed 'eo ad mercatum' hoc est: illuc ad 10  
 233 mercatum. — 25 NVNC DEMVM VENIS uerba sunt haec, quae  
 dici possunt, si ad mercatum leno ierit et post rediens  
 exigere pecuniam cooperit, ut ei opponatur, quod nunc  
 ueniat, cur ipse passus sit, quia nescio ubi fuerit, ut  
 melius sit perdere quam nunc expectare tam diu aut 15  
 238 postea hoc persequi post reuersionem. — 30 PER OPPRES-  
 239 SIONEM per imprudentiam. — 31 VNV HOC HABEO unum  
 possum tibi praestare, quod uide quemadmodum placeat,  
 242 antequam in periculum de toto uenias. — 34 MINAS DECEM  
 pollicerer tibi minas decem de toto posse conradi, hoc est 20  
 cum labore expediri: ut libenter possit accipere totum,  
 243 dimidium pollicetur. — 35 ETIAM DE SORTE NVNC VENIO  
 IN DVBIIVM MISER leno enim supra (II 1, 46) dixerat 'tan-  
 tidem emptam postulat sibi tradier': haec quasi sors est.  
 ita lucrum in uenditione habere cupiebat. nunc cum decem 25  
 minae offeruntur, quasi de sorte in dubium uenit, an pos-  
 246 sit tantum accipere, quantum dedit. — 38 INSUPER ETIAM  
 DEFRAVDAT postquam uerberauit, etiam fraudem facit. —

$\alpha^*$  [3] id est dubietatem

1 consecrata] dicata (dedic- P)  $\alpha$  || 2 INIECI] immisi  $\alpha$  ||  
 3 curam<que>  $\alpha$  || 10 faciles G | ac G || 6 confectum G ||  
 7 fiat G || 8 dicit  $\alpha$  (recte?) || 10 ad mercatum] aduerbiū  $\alpha$  ||  
 13 apponatur G, corr. W. || 14 <omissis hoc negotio> cur passus  
 sit <aliubi ire>  $\alpha$  || 15 aut W.: an G || 16 postea <aut tum per-  
 sequi> G || 17 hoc <nunc> G || 19 toto W. (cf. infra et II 4, 14):  
 dote G (sic et l. 20 codd.) || 22 <cum> dimidio G || 23 enim om.  
 G || 25 inuincione G, corr. W. | nunc] nam  $\alpha$  || 28 defrudat  $\alpha$  ||  
 postquam — 306, 2 facta om. G

248 40 *vt<vt>* HAEC SVNT FACTA quomodocumque haec sunt facta, propter quod *plagis* uerberatus sum, antequam ad litem ueniam, peto *meum* mihi reddatur, quanti empta est  
 250 *meretrix.* — 42 *scio te non vsvm antehac amicitia mea*  
*scio a me nihil honoris tibi ante exhibitum: si haec feceris* 5  
 251 *uel praestiteris, dices et gratum me et memorem.* — 43 *se-*  
*DVLO FACIAM sine dolo faciam.*

## 3.

254 1 ABS QVIVIS HOMINE BENEFICIVM ACCIPERE GAVDEAS  
*Ctesiphon gaudet uehementer, quod ei sit rapta meretrix.*  
*haec oratio exultantis est. 'abs qui' autem abs quo. maxi-* 10  
*mum autem gaudium est abs quocumque homine accipere*  
*beneficium: uerum enim uero id iuuat, si is bene facit, quem*  
*bene facere aequum est, uti frater<sup>†</sup> rapiens quilibet auxi-*  
 256 *lium ferat.* — 3 o FRATER FRATER<sup>‡</sup> non dubito, inquit.  
*quoniam, quidquid magnifici dixero, tua uirtute superatur.* 15  
 259 *ita sensus totus sic plenus est* 6 *FRATREM HOMINI NEMINEM*  
 258 *ESSE PRIMARVM ARTIVM MAGIS PRINCIPEM.* — 5 *HANC ME REM*  
*PRAEPIPAM HABERE PRAETER ALIOS ARBITROR nemini homini*  
*magis esse fratrem principem artium maximarum.\* haec*  
*autem omnia tamquam praesente dixit fratre, cum absens 20*  
*esset. denique postea a Syro quaerit ubi sit.*

*α\*[14] anadiplosis est.*  
 259 \*<sup>[19]</sup> *quod uero ait* 6 *NEMINI HOMINI*, pleonasmos est: significat  
*enim 'nemo' non (ñ P, om. VS) homo.*

## 4.

265 1 VBI EST ILLE SACRILEGV S rediens domum Aeschinus  
*simulato furore procedit, ut leno metu libenter accipiat*

1 *facta <id est> α | quomodocumque P, postquam VS ||*  
 2 *quod] quia α || 3 est empta α || 5 si W.: sed G || 7 <id est*  
*(om. VS)> sine dolo <mendaciis uolens lenonem decipere> α |*  
*rapta sit α || 10 et est oratio exultantis α | <pro (id est pro VS)>*  
*absquo<uis> ante Ctesiphon α || 13 fr., qui licet rapiens? || 16 <et>*  
*est sensus α || 19 maximarum <quam mihi> α || 21 esset] sit α ||*  
*22 <En> rediens G || 23 leno Schopen: ille G (prob. Zeune), illo α*

quiequid offertur. — NVM QVIDNAM EFFERT morem expres-  
sit auari lenonis, uti, licet audierit minas, oculos tamen  
intenderit in manum debtoris, num aliquid ferret, quod  
269 non aspiceret. — 5 VEREOR CORAM IN OS TE LAVDARE uehe-  
menter confundor praesente te aliquid de te dicere, ne magis 5  
adsentandi\* gratia uidear facere, quamquam tibi gratus  
271 sum. — 7 AGE INEPTE QVASI NON NORIMVS NOS Ctesiphō,  
inquit, stultum est, quod laudare desideras, quasi nostros  
273 animos nesciamus. — 9 VT SI OMNES CVPERENT TIBI NIHIL  
POSSENT AVXILIARIER quoniam alii puellam leno uenderet 10  
275 et tibi nullum posset esse auxilium. — 11 PAENE EX PA-  
TRIA si enim illa discederet propter paruum pretium, paene  
278 et tu amore in exilium pergeres illam sequens. — 14 NAM-  
QVE HIC PROPERAT CYPRVM insultandi modo dictum, quo  
lenoni omne reddat. ecce iam beneficium incipit esse, quod 15  
281 totum acccipit, siquidem erogat, ut totum accipiat. — 17 HO-  
MINEM IMPVRRISSIMVM malum, ut saepe (*cf. Eun. II 2, 3*) docui.

a\* [6] id est adulandi

### III.

#### 1.

288 1 OBSECRO MEA NVTRIX QVID NVNC FIET haec scaena  
aestus habet et querelas, quod mulier parturiat, quam com-  
pressit Aeschinus, et ob hoc non uenerit, quod rapuerit a 20  
lenone meretricem fratri. *quaeritur ergo quid fiat, ab ea.* —  
289 2 MODO DOLORES MEA TV OCCIPIVNT PRIMVLVM\* tu mea,  
290 mihi primum incipiunt dolores. — 3 IAM NVNC TIMES QVASI  
NVMQVAM ADFVERIS ⟨NVMQVAM⟩ TVTE PEPERERIS facile illam  
solatur, quia uirum experta sit et pepererit et parturienti 25

\*[22] MEA TV haec pronomina beniuolentiam audientis mer-  
cantur. PRIMVLVM uero aduerbialiter ait.

1 offert G || 3 debtoris *om.* G (*recte?*) | num W.: ne G |  
ferret W.: ferrorū G || 4 ⟨id est⟩ uehementer α || 6 facere ui-  
dear α || 11 auxilium esse (ferre VS) α || 14 quod leno G ||  
19 oppressit G, compr- (*post Aesch-*) α || 20 ob hoc] hodie α ||  
24 peperis G || 25 quia] quae α | ⟨ut⟩ et α | peperit codd.

295 affuerit. — 8 E RE NATAE\* MELIUS FIERI NON POTVIT QVAM  
 FACTVM EST erae uitium oblatum est, *inquit*, ab adulescente  
 virgini: ex hac <re> nata alia, quae nobis intulit laborem.  
 melius tamen illud natum, quia uitiator est is qui optimo  
 est ingenio, qui nobili genere et animo natus est, ut in hoc 5  
 erubesceret facto, ut eam uxorem duceret quam ipse  
 298 uitiasset. ita adiunxit 11 ITA POL EST VT DICIS SALVOS  
 NOBIS DEOS QVAESO VT SIET.

α\* [1] id est dominae

2.

299 1 NVNC ILLVD EST CVM SI OMNES OMNIA SVA CONSILIA  
 CONFERANT ATQVE HVIC MALO SALVTEM QVAERANT AVXILII 10  
 NIHIL AFFERANT haec scaena conquestionem tenet, quia Geta  
 seruus uiderit Aeschinum rapere a lenone meretricem eum-  
 que sua dominae uitiatorem, qui promiserat se eam duc-  
 turum uxorem: ignorat enim seruus, quia non sibi, sed 15  
 fratri Aeschinus rapuerit, <et> arbitratur dominam relictam.  
 ingemiscit igitur et conqueritur apud adulescentem fidem  
 esse mutatam. sed praesentes mulieres sunt, quae cum  
 audierint seruum, et ipsae dolore pereunt, et post efficitur  
 deliberatio, an proferendum sit quod uitiata puella sit  
 et aliquibus indicandum, uti coactus legibus adulescens eam 20  
 ducat uxorem Aeschinus: etsi hic partes ambae essent in-  
 dicandae, ut suis locis tractabimus. nunc de conquestione  
 ducemus exordium: 'tale est malum, ut, si omnes consilia  
 conferant et huic malo quaerant salutem, subuenire non

3 virgine ex hac natalis quae G, corr. Schoell || 4 is ante  
 uitiator α || 5 ingenio est α | hoc om. VS || 6 facto W.: -ū codd. ||  
 7 <dum hoc> adiunxit post ut dieis <recepérat enim aliquo  
 modo animum> α | ITA — EST] uerum est pol G || 11 conquestū  
 omnem codd., corr. W. || 12 uidit α | eumque] qui α || 13 uitiator  
 est <et> α | uxorem ducturum α || 15 rapuit α | et add. W. | arbi-  
 tratus et derelictam α || 16 igitur ante dominam α || 17 mutatam  
 esse fidem α | sed] et α | quae cum audissent seruum et ipsae dol-  
 ent G α; add. G ut var. lect. quae cum adiurent (pro audient)  
 et ipsae dolore eo pereunt || 19 sit 2.] esset α || 21 essent indicasse  
 ad indicandum G, indicandae essent α || 22 ut om. G | <in> locis G

304 possent.' post subiunxit **6** HOCCINE SAECVLVM O GENERA  
*SAGRILEGA HOMINEM IMPIVM* primum saeculis detraxit, deinde  
 homini: quemadmodum laudauit Virgilius (*Aen. I* 605—6)  
 'quae te tam laeta tulerunt saecula? qui tanti talem ge-  
 306 nuere parentes?' — **8** QVEM NEQVE FIDES NEQVE IVSIVRAN- 5  
*DVM* hae conquestiones partes sunt, quia a nullo reuocatus  
 sit Aeschinus nec quia iurauit nec quia promisit nec quia  
 misericordia flecti debuit nec quia iam partus uidebatur  
 310 esse uicinus. — **12** VIX SVM COMPOS ANIMI\* 'compos' est  
 manente mente. denique adiunxit *ITA ARDEO IRACVNDA*. — 10  
**313 15** SATIS MIHI HABEAM SVPPPLICII DVM ILLOS VLCISCAR MODO  
 sufficienter *mihi* erit plena uindicta, si modo illos puniam  
 ac persequar. exprimit post iracundiam suam, <sup>†</sup>dum per  
 se non ad singulos dat uniuersis quas adipisci posset exi-  
 320 geret. — **22** ERAM HOC MALO INPERTIRE dominam hoc malo 15  
 322 participem facere. — **24** OPPIDO OPPORTVNE ualde. —  
**324 26** ANIMVM RECIPERE spiritum resume: *interrogationibus a*  
*rcspondente* sensus profertur ille, qui plenus est. est autem  
 integer talis, qui gemitum erumpet 'ei mihi! prorsus peri-  
 mus! actum est! iam Aeschinus alienus est ab nostra fa- 20  
 milia! amare coepit aliam!' breuiter summam proposuit.  
 ac primum quaeritur de fide, an constet admissum. ille  
 respondet se uidisse. rursus et ipsa conqueritur *illa sibi,*  
*quod primum Aeschinum constat alienam habere, car**p**iturque Aeschinus, quem minime sperauerit deseruisse uitiatam,* 25  
*in quo spes sitae erant atque opes, qui iurabat se numquam*  
*sine hac unam diem uicturum, qui puerum in gremium*  
*patris esse positurum et rogaturum, ut eam uxorem du-*

α\* [§] id est: uix sum apud me. compos siquidem est suaे  
 uoluntatis effector, unde et impos.

1 possunt *G* | post subiungit *VS*, om. *G* || 3 laudauit Virgilii] laudatiue α || 8 iam om. *G* || 12 sufficit *G*, corr. *W*. || 13 post om. *G* | fort. cum dicit poenas se non solum a singulis, sed ab uniuersis quos adipisci posset exigere || 16 <idest> participem α | ualde <opportune> *Goetz* || 17 <id est> spiritum α || 19 qui — erumpet] gemitu irrumpente α || 23 respondit *G* || 24 caritur quod *G*, corr. *Schoell* || 28 et ante 27 qui *G*, transp. *W*.

335 ceret. — 37 ERA LACRIMAS MITTE hinc iam deliberationis propositio est, cum dicit ‘porro prospice ad hanc rem quod opus est, an patiamur istud an narremus cuiquam’. una 337 pars subiungitur, non esse narrandum 39 MIHI QVIDEM NON PLACET. huius rei argumenta illa sunt, quod primum Aeschinum alienum animum constat habere circa istam: si palam 339 prolatum fuerit, negabit continuo fortasse, hoc est 41 INFITIAS IBIT: tunc continuo puella haec periclitabitur fama et uita omnium ueniet in dubium. sin autem confessus fuerit adulescens se uitiasse ac propterea cogetur ducere 10 uxorem, utile non est dare illi pueram, cum aliam diligit. unde sine dubio quacumque ratione necessarium fuerit con- 342 ticescere. deinde subiungitur altera pars: 44 MINIME GEN- TIVM inquit NON FACIAM, potius PROFERAM. cuius rei ar- gumenta haec sunt, quod peiore loco res esse iam non 15 potest: est enim indotata. secunda ei praeterea dos quae esse potuissest, est ablata uirginitas. sed si negabit Aeschi- 347 nus uitiatam, facile, inquit, reuinctetur: 49 TESTIS enim, inquit, MECVM EST ANVLVS QVEM AMISERAT. et certe, quo- niam ego conscientia mihi sum a me hanc esse culpam amotam 20 — non enim corrupi eam neque pretio pudicitiam pueriae uendidi —, facile uindicabo et me et illam indignam illa. hoc argumento persuasit rem esse proferendam. ita con- 350 sentiens seruus dixit 52 QVID ISTIC ACCEDO VT MELIVS 352 DICAS. — 54 NOSTRO SIMVLO FVIT SVMVVS si parum istuc 25 est, etiam nos maxime coluit.

## 3.

355 1 DISPERII CTESIPHONEM AVDIVI haec scaena inlusio- nem habet, qua utitur seruus, uti dominum possit fallere. Demea tamen opinionem comperit, quod filius suus inter-

5 placent  $\alpha$  || 6 constat alienum habere circa istam (*vel* -um) animum  $\alpha$  | palam *(ergo)*  $\alpha$  || 8 *(in)* infitias *P<sup>2</sup>VS* || 9 et uita *W.*: uita (*uicta VS*, *uiciata G*) est *codd.* | omni *G* | cogitur  $\alpha$  || 12 fuit  $\alpha$  || 18 reuinctetur *W.*: -eitur *GP*, dinoscitur *VS* || 21 cor- rupri eam *W.* *cum Schoellio*: corruptam *codd.* | *pretio*] preciuam  $\alpha$  || 22 illa *Lindenbr.*: -am *codd.* || 25 si *W.*: sed *codd.* || 29 ta- men] iam *Schopen*

fuerit raptioni. grauiter ferens ad domum properat: ingemiscit enim, si fuerit etiam ipse corruptus 'uah disperii, si ille qui alicuius rei est etiam ipse corruptus est'. 'disperii' ualde perii.

- 357 — **3** SI ILLVM POTEST QVI ALICVIIS REI EST ETIAM ILLVM AD NEQVITIAM ADDVCERE si potest frater etiam illum corrumpere, qui alicuius est spei. — **8** DE GREGE ILLO EST de illis, qui corrumpunt et qui corrupti sunt. — **10** OMNEM REM MODO SENI seruus dicit uniuersa seni esse narrata, hoc est cui rapta sit meretrix, et senem laudasse consilium. laudauit et filium, quod pro fratre laborauit. — **15** ARGENTVM ADNVMERAVIT ILICO quod lenoni daretur. — **16** IN SVMPTVM in id quod necessarium esset sumptibus. — **21** EST INEPTA ATQVE ABSVRDA mala et indecora. — **22** PISCES CETEROS PVRGA DROMO ut senem Demeam possit in iracundiam suscitare, fingit imperare se seruo, uti pisces ceteri purgentur. et hic abundantiam declarauit 'ceteros', quasi aliquos iam ipse purgauerit. — **23** GONGRVM ISTVM IN AQVA SINITO LVDERE moueri: non enim piscibus aptus est ludus. ita et Virgilius (*Aen. VIII* 632) 'ludere pendentes pueros': et illic enim infantibus nullus est ludus. — **26** SALSAMENTA HAEC STEPHANIO FAC MACERENTVR PVLCHE 'macerentur' proprie posatum: quicquid enim salsum est, aqua infunditur, ut madefactum salis amaritudinem perdat. — **36** INEPTA LENITAS PATRIS ET FACILITAS PRAVA quae non apta est <lenitas> et mala facilitas, qua in luxuriam diuitiae suggeruntur, ista conficiunt quae reprehendis. — **42** AVT NON SEX TOTIS MENSIBVS certum numerum posuit pro incerto, et tamen istius numeri conduplicatio frequenter est collocata. sic et alibi (*Eun. II* 2, 46) 'sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam'. — **47** ABI- GAM HVNC RVS 'hunc' conuersus paululum pronuntiat, uti

2 uadij sperij *G* | ille *W.*: illum potest *G* || 4 qvi — potest om. *P<sup>i</sup>V S* || 8 dicit om. *V S* || 14 PISCES — DROMO] \*\*\*\* *V S* | demea *G V S* || 16 habundancia *G* || 20 puer sed *codd.* | enim om. *G* || 22 enim om. *G* || 23 in aqua (-am *G*) funditur *codd.*, corr. *W.* || 24 facultas α (sic et *infra*) || 25 lenitas add. *W.* | et om. *G* || 26 suggestur *W.*: suo (suae *V S*) ger- α, conger- *G* || 28 conduplicatio *G* || 31 hunc *W.*: *huc codd.*

consilium sumpserit mentiendi, uti Demeam mittere possit.  
ad uelamen autem talis consilii fingit illum rus disces-  
sisse admodum iratum, qui fratrem male tractauerit, quod  
rapuerit meretricem, quod corruptis moribus uiuat, quod  
409 oblitus nominis ac familiae luxurietur. — **55 LACRIMO** 5  
*PRAE GAVDIO* ‘lacrimo’ uerbum est et ‘gaudio’ quasi quae-  
dam causa est, unde lacrimae orientur; nam saepe etiam  
414 ex gaudio contingit quod euenit ex dolore. — **60 DENI-**  
QVE INSPICERE TAMQVAM IN SPECVLVM VITAS OMNIVM IVBEO  
itaque filius meus plenus est praeceptorum, uti cotidie om-  
nium uitas inspiciat tamquam in speculum, ut ex aliis ad  
uiuendum sumat exemplum. et ‘inspicere in speculum’ noua  
419 est elocutio. — **65 PORRO** adhuc alia narrare cupierat  
Demea, uerum seruus taediosus, ne ea quae nollet audiret,  
420 respondit non esse sibi otium nunc auscultandi. — **66 PISCES** 15  
EX SENTENTIA NACTVS SVM hoc est mandatum mihi, ut  
pisces curem: ut quasi dicat, qualis fuerit sententia, in  
422 agendis rebus tale officium perimplere. — **68 NAM NOBIS TAM**  
FLAGITIVM EST QVAM ILLA DEMEA NON FACERE VOBIS QVAE  
MODO DIXTI nam pari modo flagitium credimus, si pisces non 20  
recte curentur, quemadmodum uos flagitium ducitis, si non  
recte et honeste quidem uiuatis: haec sunt enim, quae supra  
dixit. denique ad inridendum Demeam dicit se ad similia  
425 praecepta esse monitorem, cum seruis dicit **71 HOC SALSVM**  
EST HOC ADVSTVM .. ILLVD RECTE ITERVM SIC MEMENTO, et 25  
426/27 separatim pronuntiandum **72 SEDVLO** *(MONEO)*. — **73 PRO**  
MEA SAPIENTIA pro meo iure. refert similitudinem omni-  
genere: ‘quemadmodum tu inspicere *(tamquam)* in specu-  
lum *(in)* uitas omnium iubes, ita ego in patinas’. adhibet  
etiam sententiam quasi iudex, ut dicat ista sibi displi- 30

1 ubi Schoell || 2 tali consilio *(uti)* fingat α || 6 et gau-  
deo *P*, gaudeo et *(ante lacrimo)* *G* || 11 *(si)* ut α | *(omni-*  
*bus)* ex aliis *VS* || 13 cupiebat *VS* || 14 audire α || 15 nunc  
*(mihi)* α || 17 fuerat *G* || 18 tali officio *G* || 19 quomodo dixi  
*codd.* || 21 dicitis *G*, dicit et α || 22 enim *om.* *G* || 23 dixit  
*Lindenbr.*: dixi *codd.* | ad *Lindenbr.*: aū *(vel aūt)* α, *om.* *G* ||  
24 seruus α || 26 PRO MEA SAPIENTIA post iure *codd.*, *transp.* *W.* ||  
28 *(enim)* tu α || 30 etiam *om.* *G* | sibi *(equidem)* α

430 cere, quae Demeam fallant: dicit enim **76** INEPTA ESSE  
 HAEC QVAE FACIMVS SENTIO, et tamen dicit sibi necessi-  
 tate morem gerendum, quando id uult frater. memor est  
 locutionis: supra enim frater dixit (*V 3, 16*) ‘quando ego  
 438 tuum non euro, ne cura meum’. — **84** ESTNE HEGIO TRI-  
 BVLIS NOSTER aduenit conuentus iam a Geta seruo: dolor<e>  
 est commotus, quod ea omissa meretricem rapuit. ‘tribu-  
 lis’ autem significat ex eadem tribu, hoc est ex eadem  
**441** curia. — **87** NE ILLIVS MODI IAM MAGNA NOBIS CIVIVM  
 PENVRIA EST bonae uirtutis hominem cum uideret, dixit <sup>10</sup>  
 huiusmodi homines iam in ciuitate non esse. igitur ‘talium  
**443** uirorum et ciuium magna nobis est inopia’. — **89** HAVD  
 CITO MALI QVICQVAM ORTVM EX HOC SIT PVBLICE ita hic  
 iustus, ita semper est integer, ut nihil mali ex hoc pu-  
 blice nasci posset. 15

## 4.

**447** **1** PRO DI INMORTALES FACINV INDIGNVM GETA QVID  
 NARRAS haec scaena accusationem tenet: reus enim effici-  
 tur adulescens, quod uitiarit uirginem. quamquam in con-  
 iectura res esse potuisse, tamen, quoniam nemo negat,  
 non accusatio per coniecturam conficitur, sed potius per <sup>20</sup>  
 qualitatem: idem enim uitiator puellae, cum ad matrem  
 puellae uenisset, promisit se eandem quam uitiauerat  
 uxorem esse ducturum. nunc dicitur, quod, cum rapuerit  
 meretricem, reus sit iniuriarum. in hac scaena accusatio sola  
 est et defensio nulla. habet etiam partem potius admixtae <sup>25</sup>  
 deliberatiuae: nam postea idem hic qui accusat et petit,  
 uti adulescens eandem ducat uxorem. et omnis illa superior  
 accusatio ad hoc tendit, ut uxorem potius ducat uitiator,

1 quae] qui *codd.* | fallat  $\alpha$  | enim *om. G* || 2 faciunt sen-  
 tiunt *codd.* || 3 gerendum *Lindenbr.*: gerere *codd.* || 4 supra . . .  
 dixit] memoria lapsus est *Eugr.* || 5 hegio estne (ego add.  $\alpha$ ) *codd.* ||  
 6 aduenit <Hegio>? | dolore *Lindenbr.* || 7 ea] sc. *Pamphila* ||  
 18 coniecturā  $\alpha$  || 19 nemo *om. G* || 20 efficitur *VS* || 23 cum ante  
 reus *GP, om. VS, transp. W.* | rapuerat  $\alpha$  || 24 fit  $\alpha$  || 26 postea  
 idem *W.*: post eandem (eadem  $\alpha$ ) *codd.* | qui] quia *P.* quae *VS*

quam reus sit. ergo indignitate rei commotus primum hoc  
 quaerit a seruo an uerum sit, cum dicit 'Geta, quid nar-  
 448 ras?' ille confirmat dicendo **2** SIC EST FACTVM. ita com-  
 probata res est. fit exaggeratio EX ILLA FAMILIA TAM IN-  
 450 LIBERALE FACINVS ESSE ORTVM. — **4** HAVT PATERNVM ISTVC 5  
 DEDISTI hoc quod fecisti non est tui patris neque generis  
 452 aut familiae. — **6** NIHILI PENDIT contemnit, non curat. —  
**454** 8 NISI FACIANT QVAE ILLOS AEQVOM EST HAVT SIC AVFE-  
 RENT hic uersus declarat magis petitionem esse hic quam  
 accusationem, ut sit subtilis oratio cum accusatione ad 10  
**462** aliud uenire disponens. — **16** MAIOR FILIVS TVVS AESCHI-  
 NVS hinc narratio incipit accusationis, in qua multa denuo  
 dicuntur, quo facilius reus constitui possit. nam dictum  
 est 'maior filius', ne alias sentiretur, dictum et nomen  
 proprium 'Aeschinus', dictum etiam illud quod contigit 'qui 15  
 fratri adoptandus datus est': ex his enim omnibus signan-  
 dus fuerat ille qui fecit. deinde summa generaliter pro-  
**463** ponitur **17** NEQVE BONI NEQVE LIBERALIS FVNCTVS EST  
 OFFICIVM VIRI. deinde adiungit personae commendationem  
 eius, cuius filia uitiata est. deinde ipsa propositio est 20  
**466** criminis **20** FILIAM HVIVS VIRGINEM VITIAVIT. et quoniam  
 non hoc intendebat, — non enim facti quaestio est —,  
**467** 21 NONDVM AVDISTI DEMEA QVOD EST GRAVISSI-  
 MVM: dicit hoc, quod uirgo uitiata est, graue non esse,  
 quod ueniam adulescens mereri poterat ex amore, ex uino 25  
 et adulescentia: illud est quod purgari non potest, quod  
 ad matrem uirginis uenit, quod lacrimans orauit, quod  
 fidem dedit, quod iurasset illam se uxorem ducturum.  
 haec sunt quae in accusatione ponuntur. deinde quod  
 uirgo ex compressu grauida facta est, quod nunc iam 30  
 hic mensis est decimus: cumulus enim accedit ad accusa-  
 tionem, si eo tempore deserit adulescens puellam, quo iam

3 <at> ille α || 4 ex <hoc (ex- add. VS)> aggeratio α ||  
 8 equū ē haut G, equo ne ista ut α | sic] se G || 14 est] quod α ||  
 20 propositio est W.: proposicōm G, -sitio α || 22 non om. G ||  
 23 adicit add. W. || 26 non om. G || 28 iurauit Lindenbr. | 29 accu-  
 sationē α || 31 mensis hic α || 32 quo iam] qñ (= quando) G (recte?)

pater esse potest, cum uicinus est partus. ac deserendi causam non solum in adulescente arguit, sed ipsum factum iam proponit, quod psaltriam rapuerit: est enim tempus breue id amatori esse cum meretrice. fit cumulus, quod adiecit 'parauit sibi psaltriam, quicum uiuat' (v. 30—31), 5 ut hoc perpetuum sit, et adiunxit quod intendebat. —

478 **32** PRO CERTON TV ISTA DICIS Demea audita accusatione de fide quaerit. — MATER VIRGINIS IN MEDIO EST ad rem confirmandam testem adhibet accusator ipsam uirginis matrem, et 'rem ipsam' dixit uterum mulieris. ad postre- 10 mum adiunxit et seruum Getam, de quo facile ueritas

480 possit inquiri, ut a testibus res probetur. — **34** VT CAPTVS SERVORVM EST NON MALVS quemadmodum [mali] esse possunt serui. [sicut est captus seruorum] sicut est condicio seruorum.]

483 — **37** IMMO HERCLE EXTORQVE ille dixerat 'uinci' et solas 15 catenas pro poena adiecerat: ideo adiecit 'extorque'. —

484 **38** POSTREMO NON NEGABIT CORAM IPSO CEDO quo facilius ueritas manifestaretur, adiecit seruus 'coram da Aeschinum:

486 cum praesens fuerit, non negabit'. — **40** MISERAM ME DIFFEROR DOLORIBVS opportuno tempore dolor<e> parturiens exclamat, 20 quo facilius Demea uitiatam puellam possit agnoscere. —

489 **43** ILLA NVNC HAEC IMPLORAT tametsi Iunonem Lucinam ad partum implorare uideatur. hic iam petitio illa supponitur, uti non ex <ac>usatione reus constituantur Aeschinus, sed ut cogatur quam uitiauit ducere uxorem: quod dicit 25

491 HAEC PRIMVM VT FIANTE DEOS QVAESO. — **45** VT VOBIS

494 DECET Graeca locutio est. — **48** COGNATVS MIHI ERAT di-

2 solam G || 3 iam Schopen: tamen (ante factum α) codd. | enim] autem Schopen | breue tempus α || 4 amores α | meretrici α | sit G || 5 adicit α | quacum G || 7 certone α | istaec P || 10 uterum mulieris Schopen: ut (et G) eorum mulieres codd. || 13 mali secl. Goetz || 14 sicut — seruorum secl. W. (cf. Don.) | sicut 1.] sic G | sicut est 2.] in id est corr. P<sup>1</sup>, om. VS || 15 ille W.: -a GP, -am VS

uinci et] uincerat G || 17 cede<sup>o</sup> P, tedio VS, cedebat G || 18 Aeschino (om. da) G || 19 ME om. G || 20 opportuno — facilius om. G | dolore Lindenbr. | parturiens W.: -entis α || 24 ex accusatione W. || 25 quam Lindenbr.: qm̄ G, quod α || 27 locutio est W. (cf. Hec. IV 2, 24): soluō ē G, solacione α | <postquam> cognatus <meus> codd.

cit sibi necessitatem maximam, ut uirginem defendat, si  
deserta fuerit, ex hoc, quod multa caritas sibi fuerit cum  
500 puellae patre. — **55** SED DEMEA HOC TV FACITO CVM  
ANIMO COGITIS quoniam Demea sententiam petitioni talem  
dederat, ut fratrem se diceret conuenturum, iam hic am-  
plius agit, ut persuadeat aliud fieri non debere propterea,  
quoniam nobiles uiri quanto clari sunt, tanto plus debent  
omnia iusta completere, si uolunt famam integrum sui no-  
minis continere. qua re et persuasione impetravit quod  
505 uoluerat senex. denique data est sententia **60** FIENT QVAE 10  
507 FIERI AEQVVM EST OMNIA. — **62** NON ME INDICENTE HAEC  
FIVNT supra (*I 2, 59*) enim dixerat ex lenitate patris  
Aeschinum in periculum esse uenturum, quod etiam nunc  
508 dicit **63** VERVM NIMIA ILLAEC LICENTIA PROFECTO EVADET  
IN ALIQVOD MAGNVM MALVM.

15

## (5.)

511 **1** BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA Hegio senex ingressus  
domum uidit parturientem puellam. eius matrem consolatur  
promittens se conuenturum Micionem patrem Aeschini et  
coacturum, uti uitiatam ducat uxorem ille qui uitiauit. —  
514 **4** SI EST FACTVRVS VT SIT OFFICIVM SVVM FACIAT ordo 20  
est: conueniam Micionem, ut faciat officium suum, *<si>*  
est facturus officium.

## IV.

## 1.

517 **1** AIN PATREM HINC ABISSE RVS haec scaena delibe-  
rationem tenet, quid faciat, quemadmodum hic manere  
possit, cum pater rus iturus sit, et quid respondeat patri, 25

2 quod] cum α | fuerit 2. *W.*: -rat *codd.* || 6 agi α || 8 *<in-*  
*genui>* sui nominis *G* (*recte?*) || 9 quā rē α || 16 BONO ANIMO]  
nova scaena non incipit in *codd.* || 18 eschini patrem α || 21 si  
add. *Zeune* || 22 officium] hic desinit *cod.* *S* || 23 abisse hinc *G* ||  
24 hic meare possit *post missus (pro iturus)* sit α

519 si se non inuenierit apud uillam. — 3 QVOD CVM SALVTE  
 EIVS FIAT ITA DEFATIGETVR dummodo saluus sit. reperitur  
 autem consilium, ut hoc se defendat, quod ab amicis re-  
 531 tentus sit. cui opponitur 15 INTERDIV quidem SED SI HIC  
 PERNOCITO, quid causae dicturus sum? huic rei consilium 5  
 reperit seruus et pollicetur tamen facile se patrem lenire,  
 535 quod eius nouerit mores, cum dicit 19 LAVDARIER TE  
 537 AVDIT LIBENTER FACIO TE APVD ILLVM DEVVM. — 21 LVPVS  
 IN FABVLA in proverbio *dicimus*, cum ipse aduenit de quo  
 loquimur.

10

## 2.

540 1 NE EGO HOMO SVM INFELIX in itinere cum quaerit  
 fratrem Demea, cognouit a mercennario in uilla non esse  
 544 filium. irascitur in Syrum et commouetur. — 5 QVID HOC  
 MALVM INFELICITATIS ordo 'quid hoc infelicitatis?', et 'ma-  
 547 lum' interiectio est, sicuti saepe docui. — 8 PRIMVS PORRO 15  
 OBVNVTIO hoc est malum nuntium uel accipio uel aliis  
 554 perfero. — 15 NON HERCLE HIC DVRARE QVISQVAM SI SIC  
 FIT POTEST hoc consilium sumpsit Syrus ad purgandum  
 quod in uilla non erat filius, quod reuersus sit idem adu-  
 lescens iratus et uerberauerit se, propter quod ipse auctor 20  
 fuerit Aeschino ad rapiendam meretricem. fingit igitur se  
 556 uerberari. — 17 QVID ILLE GANNIT quid ille obmurmurat?  
 560 dicit se igitur uerberatum. — 21 NON TV EVM ... PRO-  
 561 DVXISSE AIEBAS hoc soluit 22 FACTVM VERVM VENIT POST  
 INSANIENS. deinde conqueritur, quod uerberauerit qui eum 25  
 564/69 nutrierit. — 25 <PATRISSAS> patri similis es. — 30 NON  
 EST hoc iracunde pronuntiandum, tamquam referat gratiam  
 pro dolore, quod negat fratrem domi esse. denique hoc  
 570 animo dicit etiam illud 31 SCIO VBI SIT VERVM HODIE

2 fiet  $\alpha$  || 3 defendit *G* || 5 sum dicturus  $\alpha$  || 6 et *Goetz*:  
 sed (set *P*) *codd.* || 9 in] ex  $\alpha$  || 11 conquerit  $\alpha$  || 14 ordo — in-  
 felicitatis om. *G* || 17 quisquam post fit *G* || 21 fut *G* || 23 igitur  
*itrū G* | tu <igitur> *codd.* || 25 illum  $\alpha$  || 26 PATRISSAS add.  
*Westerh* | patris  $\alpha$  || 27 hoc *Westerh.*: hic *codd.*

573 NVMQVAM MONSTRABO. — 34 NOSTIN PORTICVM APVD MA-  
CELLVM HANC DEORSVM falsum in locum mittit longe posi-  
576 tum, ut circumeat ciuitatem. — 37 SACELLVM sacer locus,  
ut Virgilius (*Ed. III 9*) 'sed faciles nymphae risere sa-  
578 cello'. — 39 ANGIORTVM uicus angustus et breuis. sed 5  
584 hic genere neutro positum est. — 45 PISTRILLA EX AD-  
585 VERSO pistrinum. — 46 LECTVLOS IN SOLE ILIGNEIS PEDIBVS  
586 hoc est pedibus de ilice. — 47 VBI POTETIS vos in sole,  
quo locus conuiuii senibus in sole esse possit. uel quod  
Cicero (*pro Quinctio 18, 59*) dixit 'numquam ad solarium 10  
587 fuit'. — 48 SILICERNIVM particulae sunt inferiarum, quae  
mortuis dantur. alii intellegunt 'silicernium' quod iam  
senectute curuus silices cernat.

## 3.

592 1 EGO IN HAC RE NIHIL REPERIO QVAM OB REM LAUDER  
† ingratus Hegio cum gratias ageret, quod Micio promit- 15  
teret se daturum operam, uti filius suus illam duceret uxo-  
rem quae uitata fuerat, dicit non iuste se laudari propterea,  
quia magis officium suum facit, non alii praestat, cum  
601 peccatum suum corrigat. — 10 SI ITA AEQVVM CENSES  
AVT SI ITA OPVS EST FACTO expetiuerat Hegio, uti ad 20  
mulieres Micio pergeret et haec eadem illis praesentibus  
polliceretur. uerum dubitatione utens pollicetur Micio. hoc  
ut plenius fieri possit, persuadet Hegio, quod illae miserae  
alterum solacium calamitatis habere non possint, nisi hic  
pollicetur: 'omnes enim, quibus res minus secundae sunt, 25  
nescio quo modo sunt suspiciosi; omnia quae fiunt ad

4 facile *codd.* || 5 sed] et ? || 7 inligneis *P*, ligneis *G* ||  
8 <ex> pedibus *GP*; lignis (ligneis *V*) add. *a* || 9 quo] qui  
Westerh., quod Schoell | conuiui *W*.: cōuij *G*, ēui *P*, om. *VS* ||  
15 ingrediens ? nisi forte nonnulla exciderunt || 17 dicit (sc. Micio)  
non] dum *a* | laudari se *a* || 20 opvs EST FACTO] omnium (-ni *G*)  
facta *codd.* | expetiuerat *Schopen*: -rant *codd.* | <rogat> uti *G* ||  
23 ut Westerh.: in *codd.* | posse *G* || 24 possint *Schopen*: posset  
*codd.* | pollicetur hoc *G* || 25 omnibus *a* || 26 sunt om. *a*

contumeliam suam magis fieri putant. quoniam minimum possunt, semper se credunt contemni. ergo placabilius est, si ipse coram policearis et te purges'.

## 4.

610     **1** *<DISCRVCIOR ANIMI>* deliberatio est, quid faciat adulescens: conuenit enim puellam eius quam uitiauit. ab ea comperit, quod cognouerit Aeschinum meretricem rapuisse, cum utique rapuerit fratri. opinio est, quod sibi potius rapuerit. deliberat quid agat, quod tanta suspicio de se inciderit, quod Sostrata puellae mater credit sibi rapuisse Aeschinum meretricem, hoc quod audierit ex anu 10  
624 quadam. — **16** NE QVID DE FRATRE GARRVLAE ILLI DICEREM continui me, ne aliquid dicerem de fratre illi mulieri garrulae, hoc est uerbosae et loquaci. nunc deliberatio 625 ipsa supponitur **17** NVNC QVID FACIAM DICAM FRATRIS ESSE HANC. sed non oportet indicari, ne fiat palam: mage celari 15 possit fortasse. illud metuo, an credant quod fratri rapui, quippe cum egomet rapuerim, ego argentum soluerim, ad me abducta domum sit. reperit consilium, ut ad illas perget et se purget.

## 5.

635     **1** ITA VT DIXI SOSTRATA FACITO haec scaena narracionem tenet *<a>* patre inuentam: nam cum ingressus promisisset mulieribus se acturum esse, ut Aeschinus uitiatam ducat uxorem, egreditur pater et uiso filio errorem hunc componit, quod a nescio quo adductus sit aduocatus, uti

*2 posse α || 4 deliberatio] in G nova scaena non incipit || 6 cognouit G | eschinus α || 8 deliberat <enim> α || 9 incesserit G || 14 FACIAM] agam (aut agam V) post DICAM α, ante DICAM G || 16 rapuit P<sup>1</sup>V, -uerit G | 17 soluerem α, -rit G || 18 adducta α | est domum G || 20 dicti α || 21 a patre inuentam W. (duce Schop.): patrem inuentum codd. || 22 ut om. α || 24 a quodam (om. nescio) G*

illa puella cognato suo nuberet, atque illa diceret esse nescio quem uitiatorem, cui dari eam oporteret, ut animus adu-  
lescentis perspici posset. mox aperit ueritatem et dicit,  
ut iam praeparet se Aeschinus ad uxorem ducendam. —

641 7 NON EQVIDEM INSTAS QVOD SCIAM non quidem postulas, 5  
647 quod sciam. deinde ipse, quod supra dixi, narrat 13 HA-  
650 BITANT HIC QVAEDAM MVLIERES PAVPERCVLAE ... 16 VIRGO  
651 CVM MATRE ... 17 HIC MEVS AMICVS qui me adduxit ILLI  
652 GENERE EST PROXIMVS ... 18 HVIC LEGES NVBERE COGVNT  
657 HANC, de quo ille contra 23 COMMENTA < MATER > EST hoc 10  
est mentita est ESSE EX ALIO VIRO NESCIO QVO PVERVM  
NATVM NEQVE EVM NOMINAT PRIOREM ESSE ILLVM NON OPOR-  
TERE HVIC DARI. deinde omnia adulescens defendit, quod cum  
uitiator sit, is eam potius debeat ducere uxorem. contra  
670 pater 36 QVA RATIONE ISTVC inquit QVIS DESPONDIT QVIS 15  
672 DEDIT ... 38 CVR DVXIT ALIENAM? huic respondit filius AN  
SEDERE OPORTVIT DOMI VIRGINEM TAM GRANDEM, ut ueniret  
nescio unde cognatus? et quasi arguit patrem, quod haec  
magis debuerit dicere. contra ille stultum uocat filium,  
siquidem haec omnia aduersus illum < dicere debuit >, cui 20  
uenerat ipse aduocatus. deinde, quasi res ista tota aliena sit,  
monet filium, ut discedat. tunc ille lacrimis prodidit amo-  
rem. pater cum quaesisset, ille narrare cupiens petit, ut au-  
ditret. tunc pater omnia scire se dicit, obiurgat leuiter, quod  
681 celauerit se. — 47 ITA VELIM ME PROMERENTEM AMES ita 25  
esse, me ut merito ames: multi enim necessitate amant  
ac propterea indigne. hoc est enim quod uult, ut pro  
685 merito se amet pater. — 51 IN QVA CIVITATE TANDEM TE

1 atque] et α | illa] sc. mater | nescio esse α || 2 < et > ut  
G || 3 prospici codd., corr. Westerh. || 4 praeparet α || 5 instas  
G, istam α | quod < quidem > α | postulas G, populi (pro pep-)  
α || 9 proximus est G || 10 commentae (-ta G) st codd. || 11 men-  
titum codd. | est om. α | ESSE om. G || 12 nominant α, -nauit G ||  
14 < quod > is codd. || 15 inquit istuc G || 19 dicere < facere > G ||  
20 dicere debuit add. W. || 21 res — sit W. (duce Zeunio): resti-  
tuta aliena sunt codd. || 25 uellem α | < ut > me G | pro merito  
α || 26 esse W.: est G, est et α | ut] aut α || 27 enim W.: inte α,  
om. G; certe Schoell | ut om. G || 28 amet se G

ARBITRARE VIVERE honesta obiurgatio, ut et ueniam det  
 692 et tamen corrigat. — **58** QVOD QVIDEM IN TE FVIT quan-  
 tum in te fuit, perdidisti et illam et gnatum, quod tacuisti,  
 quod non prospexisti: factum est enim uel fortuna uel  
 interuentu meo, quo ego rem curaui, ut promitterem te 5  
 695 eam uxorem ducturum. — **61** NOLLEM CETERARVM RERVM  
 TE SOCORDEM nollem in ceteris rebus te negligentem. deinde  
 promittit quod sit ducturus uxorem. at ille parum credens  
 708 fidem poscit, quam rem pater firmat. — **74** SI FRATER  
 AVT SODALIS ESSET QVI MAGIS MOREM GERERET ita hic 10  
 lenis est pater, uti hoc nec frater nec sodalis gereret, ita-  
 que admodum fratrem praetulit aut sodalem, quoniam  
 711 frater semper fiducialiter agit, sodalis obtemperat. — **77** NE  
 FORTE IMPRVDENS ID FACIAM QVOD NOLIT SCIENS CAVEBO  
 dabo operam, ne quod nolit pater faciam insciens: *(sciens)* 15  
 uero inspiciam et prouidebo.

## 6—7.

713      **1** DEFESSVS SVM AMBVLANDO haec scaena accusationem  
 tenet, quod adulescens uitiauerit uirginem et nunc meretricem  
 rapuerit. defenditur a patre. huius *(accusationis)* exordium  
 721 sumitur **3** FERO AD TE FLAGITIA BONI ILLIVS ADVLESCENTIS 20  
 . . CAPITALIA *(capitalia)* crimina sunt, quae capitibus poenam  
 725 merentur. deinde species criminis sic proponitur **7** HOC  
 728 PECCATVM IN VIRGINEM EST CIVEM; deinde quod **10** PVER-  
 NATVS sit. primum, *(ut)* in omnibus propositionibus, ad-  
 sensus traditur, exinde leue docetur esse quod ille com- 25  
 733 putat crimen. — **15** SI NON RE IPSA TIBI ISTVC DOLET

1 arbitrare te *G* | et *om. G* || 2 corrigit *GP* || 3 et 2. *om. G* ||  
 4 non *Schopen*: tu *codd.* | enim est  $\alpha$  | uel 1. *om. G* || 5 inter-  
 uentu *W.*: euenter *codd.* | quod *GV* || 6 nolim  $\alpha$  (*sic et infra*) |  
*CETERARVM*] harum *codd.* || 9 firmat] forme  $\alpha$  | si *FRATER* *om. α* ||  
 11 ita quemadmodum *codd.*, corr. *W.* || 13 semper post *sodalis*  
 $\alpha$  || 14 *insciens* *codd.* || 15 *sciens add.* *Schopen* || 17 *DEFESSVS* —  
*AMBVLANDO*] Ibo illis dicam nullam esse in nobis moram (= *IV*  
*7, 1*) *G* || 18 tenet *om. G* || 19 *accusationis add.* *W.* || 24 ut *add.*  
*W.* | *propositionis*  $\alpha$  || 25 doceatur  $\alpha$  || 26 *si*] iam  $\alpha$

SIMVLARE CERTE EST HOMINIS si non rei ueritate tibi dolor  
 736 est, debes saltem effingere. — **18** CETERVM PLACET TIBI  
 FACTVM MICIO uideris si curasti rem male gestam, quod  
 effecisti, ut et uitiatam uxorem duceret: interea tibi hoc  
 factum complacet? huic respondeatur: ‘non mihi quidem 5  
 placuit, si mutari possit; nunc tamen, quia non ualeo mutare,  
 necessario placet, quippe cum uita hominum sic se habeat,  
 quemadmodum iactus est tesserarum: si enim illud quod  
 opus est non cadit, hoc iam consilii et artis est corrigere  
 747 quod miserit casus’. — **29** MERETRIX ET MATER FAMILIAS 10  
 ERIT VNA IN DOMO nescit enim, quod non Aeschino raptar  
 sit meretrix, et arbitratur ambas in domo futuras. —  
**34** RESTIM DVCTANS SALTABIS genus saliu*<di>* dicit, tractum  
 hoc a Troianis, qui cum funem tenerent et equum intro-  
 752 ducerent, sic saltabant. — **41** VXOR SINE DOTE VENIET 15  
 Demea uolens enumerare facta concludit, quod uxor ueniat  
 domum sine dote, quod intus sit meretrix, quod sumptuosa  
 sit domus, quod adulescens luxu sit perditus, quod deli-  
 ret senex, ut si uelit ipsa Salus seruare numquam possit  
 familiam.

20

## V.

## 1.

**763** **1** EDEPOL SYRISCE egreditur seruus uino languidus  
 et nomen ita pronuntiauit, ut ebrius demonstraretur. —  
**765** **3** OMNIVM RERVM SATVR plenus est omnium rerum. —  
**770** **8** DIS QVIDEM DEMEA ESSES diues: ut sit declinatio hic  
 dis, huius ditis.

25

1 hominis est *G* | re  $\alpha$  || 2 debes Westerh.: -et *codd.* | ef-  
 fingere *Schoell*: et (ut  $\alpha$ ) fingere *codd.* || 3 [micro] mihi si *codd.* |  
 rem]  $\infty$  *G* || 4 effecisti *W.*: et (te *G*) fec- *codd.* || 5 quidem *om.*  
*G* || 6 nunc] non  $\alpha$  || 8 quemadmodum] sicut *G* || 12 et *om.*  $\alpha$  ||  
 13 saliu*<d>* dicit (-et  $\alpha$ ) *codd.*, corr. *W.* duce Westerh.; saltus dicit  
*Schoell* || 14 cum *<tum>* *G* || 16 demea *<erit>*  $\alpha$  || 18 luctus  $\alpha$  ||  
 24 *<i>* diues *G*

1 HE  
 missus a C  
 tem seruum  
 phone. ut  
 menter iras  
 impetu fact  
 8 EDEPOL C  
 CTESIPHONI  
 ad laetitiam  
 storem Ctes  
 11 ATQVE I  
 inum digeri  
 hm' dixit.

1 PARA  
 saena contr  
 int. qui ado  
 qui in adopt  
 us alter  
 tice redempt  
 ionum statum  
 fur recipi  
 amicorum om  
 bins igitur  
 sumptum, po  
 domo fratri

3 reuecat  
 sit Zevos: -at  
 7, concessat  
 ani habeat P.  
 PV || 12 namq  
 habat *W.* hab  
 11 qui *W.* que  
 suraret ante qu  
 idae? || sit *W.* ||  
 exclamatione

## 2.

- 776     **1** HEVS SYRE ROGAT TE CTESIPHO VT REDEAS puer missus a Ctesiphone adulescente ignorans patrem praesentem seruum Syrum reuocat et dicit se missum a Ctesiphone. ut autem cognoscit pater intus esse filium, uehementer irascitur. introire cupiens tenet a seruo, sed 5  
 783 impetu facto ingressus filium intus esse cognouit. —  
**8** EDEPOL COMISATOREM HAVD SANE COMMODVM PRAESERTIM CTESIPHONI comisatores dicuntur, qui post cenam ueniunt ad laetitiam et ad uoluptatem. 'ergo nunc nouum comisatorem Ctesiphoni misimus patrem, qui irasci habeat'. — 10  
 786 **11** ATQVE EDORMISCAM HOC VILLI alicubi iaceam et hoc uinum digeram dormiendo: diminutue namque uinum 'uilmum' dixit.

## 3.

- 787     **1** PARATA A NOBIS SVNT ITA VT DIXI SOSTRATA haec scaena controversiam tenet, pacta et conuenta ⟨an⟩ rata 15 sint. qui adoptatum filium habebat, pactus est, ut ipsum, qui in adoptionem dederat, ⟨ut⟩ curaret suum tantummodo. inuentus alter filius apud eum qui adoptauerat cum meretrice redempta. adeo qui adoptauerat reus fit. hic per finitium statum responsio efficitur; quia ille dixerat (*v. 13*) 20 'cur recipis meum?', respondeatur (*v. 18*) 'communia esse amicorum omnia', alienum illum non esse sed communem. huius igitur accusationis exordium est ab exclamacione sumptum, posteaquam comperit Demea adulescentem in  
 789 domo fratris esse **3** EI MIHI QVID FACIAM QVID AGAM QVID 25

3 reuocat syrum (*om. serum*) α || 4 autem *om. α* | cognoscit Zeune: -at *codd.* || 5 seruo ⟨suo⟩ α || 9 comisat- *P*, comesat- *V*, comessat- *G*; *sic et infra* || 10 qui irasci de habeat *G*, quis rari habeat *P*, cuius rari habeat // *V* || 11 *VILLI*] uini *GP<sup>2</sup>*, uni *P<sup>1</sup>V* || 12 namque] enim α || 15 *an add. Zeune* | *irata PG* || 16 habebat *W.*: habeat α, -uit *G* | *ipsum sc. curaret* tantummodo || 17 qui *W.*: quem (*add. admodum G, recte?*) *codd.* | *ut add. W.* | *curaret ante quem α* | *suum om. G* || 19 *adeū (-a α) codd.*; *an ideo?* | *fit W.*: sit *codd.* || 21 *esse sed esset (-e G) codd.* || 23 *est ab exclamacione W.*: fit (*om. α*) *clamationis codd.*

794 CLAMEM. defensionis illud exordium est 8 TANDEM REPRIME  
 IRACVNDIAM ATQVE AD REM REDI. propositio est criminis  
 796 10 DICTVM HOC INTER NOS FVIT — EX TE ADEO EXORTVM EST  
 — NE TV CVRARES MEVM NEVE EGO TVVM RESPONDE. haec  
 799 propositio legis est. crimen sic proponitur 13 CVR NVNC 5  
 APVD TE POTAT CVR RECIPIS MEVM CVR EMIS AMICAM MICIO.  
 802 conclusio 16 QVANDO EGO TVVM NON CVRO NE CVRA MEVM. —  
 803 17 NON AEQQVM DICIS licet finitius colligatur status, argu-  
 mentum tamen qualitatis est causam non esse iuxta haec  
 quae in pacto sunt collocata, propterea quia amicorum sunt 10  
 807 uniuersa communia. — 21 PRIMVM SI TE MORDET SVMPTVM  
 FILII QVEM FACIVNT iam hic non ex pactione quaestio est,  
 sed ex eo, quod corruptis moribus uiuit, quod bona con-  
 sumit. cui rei affertur defensio, quod de suo sumptus faciat.  
 quamquam hic incidit illa quaestio 'semper in corruptis 15  
 filiis illa consuetudo est, quae timetur': etenim proposuit  
 820 34 MITTO REM CONSVETVDINEM IPSORVM. hoc purgatur ita,  
 quod aetate ista faciant et facile possit corrigere, cum ad  
 821 maturitatem aetatis accesserint. — 35 MVLTA IN HOMINE  
 DEMEA SIGNA INSVNT EX QVIBVS CONIECTVRA FACILE FIT 20  
 quod facile adulescentes corrigi possunt, dicit inesse in  
 eorum moribus melioris disciplinae et probat hoc  
 ex consuetudine, quod fit ex aetate correctio. nam cum  
 duo unam rem faciunt, quod ille qui adulescentulus est  
 impune facit, ille qui grandior natu est crimen admittit: 25  
 825 hoc enim dicit 39 NON QVO DISSIMILIS RES SIT SED QVO  
 IS QVI FACIT. probat de moribus, quod facile corrigi pos-  
 sint, qui sapiunt, iam in loco uerentur, iam intelligent,  
 quod iam liberum ingenium habeant, quod facile reduci  
 possint ad integrum disciplinam. nunc incidit alia quaestio 30

4 TV om.  $\alpha$  || 5 est legis  $\alpha$  || 8 finitium — statum  $\alpha$  || 10 pacta  
 codd., corr. W. || 11 PRIMVM] principio Ter. | TE MORDET] temporis  
 est codd. || 15 incidit Schopen: incedit codd. || 16 consuetudo illa  
 $\alpha$  || 19 accesserit  $\alpha$  || 20 <o> demea G | facile coniectura G ||  
 21 dixit  $\alpha$  || 23 correctio nam W.: correctionē  $\alpha$ , -tio G || 25 qui]  
 cum  $\alpha$  | est om.  $\alpha$  | qvo 2.] quod G || 27 probat W. (cf. l. 22):  
 orabat codd. | possunt G || 28 qui] quae  $\alpha$  | querentur codd. ||  
 30 nunc] huic  $\alpha$

'bodie qui in l  
 perditis malis t  
 purgauit istud  
 senectutis, quo  
 diligenter fac  
 setas acuet. —  
 trahitur per i  
 extenditur. —  
 ut nocte donec

1 NVMQ

AD VITAM RV  
 astitate durc  
 i, uiuendi co  
 propterea, qu  
 ergo huius a  
 consuetudine  
 nemo homini  
 non aliquid  
 sibi attende  
 dimittit uit  
 dementia et  
 in otio dux  
 omnium fa  
 hic seuerus.

2 per  
 current a |  
 Westerb.: P  
 19 mc] ita 1  
 tolerandos V  
 tudine W.:  
 de se (ante  
 corr. Zeune  
 dit)  $\alpha$ , corr.  
 ut tam a |  
 landaretur

hodie qui in luxuria uiuunt, quemadmodum correcti, licet perditis malis moribus, diligenter res suas administrabunt? purgauit istud similiter etiam consuetudine a proprio more senectutis, quod haec aetas magis hoc uitium habeat, quod diligentius faciat homines res suas curare: ergo etiam illos 5  
 839 aetas acuet. — **53 EXPORGE FRONTEM** in rugas enim contrahitur per iracundiam, cum laetitia fuerit, porrigitur et 841 extenditur. — **55 DE NOCTE CENSEO** tantummodo hoc ago, ut nocte dones, dummodo hodie praebeas hilaritatem.

## 4.

855 **1 NVMQVAM HIC QVISQVAM TAM BENE SVBDVCTA RATIONE 10**  
 AD VITAM FVIT Demea cum animaduertisset mores suos castitate duros, integritate <in>tolerandos laudem non mere-ri, uiuendi consuetudine mutata hoc doctius facere dicit se propterea, quoniam haec apud homines consuetudo est. est ergo huius scaenae qualitas an iuste faciat, quod mutet 15 consuetudinem. sumptis autem consuetudinis rationibus, quod nemo hominum ita subducta ratione et collecta uixit, ut non aliquid aut sua re aut aetate muneretur, dicit nunc sibi attendere, siquidem in senectute iam decurso spatio dimittit uitam praeteritam propterea, quia nihil melius 20 clementia et facilitate esse cognouit, quippe cum frater in otio duxerit uitam, in conuiuis, ab omnibus laudetur, omnium famam iustum honestatemque mereatur, contra hic seuerus, tristis, agrestis, parcus, truculentus et tenax

2 perditus α | res suas diligenter α || 5 <ut> res suas curent α | etiam om. G | <quod> illos codd. || 6 contrahitur Westerh.: porrigitur codd.; colligitur Schoell || 8 ago hoc G || 10 hic] ita Ter. (om. TAM) || 11 <enim> cum G || 12 castitati α | in-tolerandos Westerh. | mereri Westerh.: -retur codd. || 13 consue-tudine W.: -do (sed con- G) codd. | hoc] nunc? | dicit se Schoell: de se (ante facere α) codd. || 16 consuetudinibus rationis codd., corr. Zeune || 18 dicit W.: licet codd. || 19 actendat G, utend (= dit) α, corr. W. | iam Westerh.: tam codd. || 20 uitam] ut euā G, ut tam α | praeterita codd. || 22 dixerit α | ab omnibus om. G | laudaretur codd., corr. Zeune || 24 <cum> hic G | .parcus <et> G

esse dicatur, laborem suscepere, ut uxorem duceret, educauerit liberos, laborauerit primum, ut patrimonium quaereret, aetatem triuerit. efficitur quasi duplex uita, et comparatio ita, ut laudetur una, uituperetur altera, et hoc non tantum ex uero sed ex iudicio populi. est ergo quasi per thesin ista propositio, quaenam mala condicio uitae sit, utrum quae ex iudicio populari mala sit <an> illa quae ignoscit et labitur, ut merito hic et iuste consuetudinem uitae uoluerit immutare. — **23** AGE NVNC IAM EX-  
**877** PERIAMVR PORRO CONTRA HAEC ETIAM QVID EGO POSSIM 10  
 nunc iam confirmat consilium, an possit implere uolun-  
**879** tatem. — **25** MAGNI PENDI POSTVLO diligi et amari. —  
**880** **26** NON POSTERIORES FERAM hoc est: non posterior habe-  
**881** bor. — **27** DEERIT ID MEA NIHIL REFERT sedulo patrimo-  
 nium quaeram, unde producam uitam. 15

## (5.)

**884** **3** IAM NVNC <HAEC> TRIA ADDIDI PRAETER NATVRAM ex-  
 pressit mores, non uoluntates, et expressit sic bonitatem, quan-  
 do et quid dixerit memorat et de se quid dixerit indicat. —  
**887** **6** ATQVI SYRE HOC VERVM EST memor personae suae la-  
 borat fidem facere, ut credi possit quam bonus sit. 20

## 6.

**894** **6** <CVI DOMINVS CVRAE EST ITA VTI> TIBI SENSI GETA  
 ex operibus, ut tibi cura sit, sensi: domino enim est optimus

1 suscipit codd., corr. Westerh. | educauerit] dotauerit  $\alpha$  ||  
 3 terroreret codd. (propter quaereret) || 4 <fit> ita? || 5 ex uero  
 sed G, ex uos & P, ex uobis V | quasi om. G || 6 tesin codd. |  
 quoniam G, quae  $\alpha$ , corr. W. | condicio W.: iudicio (om. V, uite  
 add. G) codd. || 7 utrumque codd. | malo  $\alpha$  | an add. W. || 11 nunc  
 iam bis codd. | confirmato  $\alpha$  | an G, ytā P, om. V || 13 habebor  
 Westerh.: haberi codd. || 14 sedulo W.: sed do codd. || 15 pro-  
 ductam  $\alpha$  || 16 IAM NVNC] nova scena non incipit in codd. | ad-  
 didi (-dit  $\alpha$ ) <et> codd. || 17 uoluntatem? | et W.: sed codd. | ex-  
 pressit sic] expressisse  $\alpha$  || 18 dixit 1.  $\alpha$  | indicat Westerh.: iud-  
 codd. || 21 cvi — vti add. W. || 22 cura sit] curasse  $\alpha$

et, edu-  
n quae-  
et com-  
et hoc  
go quasi:  
io uitae  
an> illa  
consuetu-  
IAM EX-  
POSSIM  
volum-  
nari. —  
or habe-  
patrimo-  
15  
VRAM EX-  
n, quan-  
dicat. —  
suae la-  
t.  
20  
SI GETA  
est opti-  
  
uerit a |  
ex vero  
1 codd. |  
V, uite  
11 nunc  
habebor  
15 pro-  
ld. | ad-  
ld. | ex-  
h.: iud-

896 mus seruus, cui curae dominus est. — 8 AFFABILIS hoc  
est benignus, qui obtemperare ob bonitatem possit. —  
898 10 PAVLATIM PLEBEM PRIMVLVM FACIO MEAM praestando  
paulatim multitudinem mihi cogo fautorem.

## 7.

899 1 OCCIDVNT ME QVIDEM DVM NIMIS SANCTAS NVPTIAS 5  
STVDENT FACERE erat moris, uti, cum nuptiae agerentur,  
simphonia canerent. uerum adulescens cupidus nuptiarum  
festinat, ut uolens ducere uxorem contemnat illam reli-  
902 gionem in nuptiis. — 4 TVVS HERCLE VERO ET ANIMO ET  
NATVRA PATER quoniam animo pater Micio uidebatur, qui 10  
adoptauerat, hic utrumque sibi vindicauit 'et animo et  
905 natura'. — 7 TIBICINAS ET HYMENAEVM est autem haec  
911 uox, quae in nuptiis dicebatur. — 13 IAM LEPIDVS VOCOR  
miratus senex sibi lepidi nomen imponi et ex natura se  
inridens, quod iusserat, ut maceria dirueretur, secum loqui-  
912 tur 14 FRATRIS AEDES FIENT PERTVIAE. sed rursus redit ad  
913 laudem sibi dictam 15 QVID MEA EGO LEPIDVS INEO GRA-  
914 TIAM. — 16 IVBE NVNCIAM DINVMERET ILLE BABYLO VI-  
GINTI MINAS Babyloni milites stulti dicebantur. alii intel-  
ligunt Babylones diuites esse. et hic sensus ille est: ut 20  
Micio Babylo sit, qui uiginti minas dederit pro meretrice,  
quae rapta est, ego nunc iam lepidus uocor; Micio licet  
uiginti minas dederit, hoc tamen nomen <non> accepit,  
923 ego sine sumptu laudor. — 25 SIC SOLEO hic mentitur,  
<cum> consuetudinem sibi praestandi dicit. 25

2 qui] et α | optemperari α | ob] propter α | benigitatem  
posset G || 4 mihi Zeune; me (ante multit-α) codd. || 5 occidvnt]  
in G nova scaena non incipit || 6 erant mores codd., corr. Schopen ||  
simphonie G, uti <simphonia> α || 10 Micio] mihi α, om. G ||  
12 haec post 13 dicebatur α || 14 et ex W.: et α, ex G | se inridens  
quod W.: in se rediens quo codd. (in et i ol. sser.) || 18 iam  
nunc iube G | babil- (sic semper) codd. || 20 <ergo> ut α || 21 de-  
dit α || 20 ego Westerh.: ergo codd. || 23 nomen post accepit α,  
om. G | non add. Zeune || 25 cum add. Zeune

## 8.

924      1 IVBET FRATER VBI IS EST haec scaena deliberantis personam habet: deliberat namque Micio, an proiecta aetate ducat uxorem. ac primum uidet dirui maceriam: quaerit causas: responsio est 'iubet frater'. quamquam quidam intelligunt ipsum Micionem dicere, ut quasi, cum audisset 5  
 925 quis iussisset, rursus interroget 'iubet frater?' — 2 ET ALIIS OMNIBVS hic initium persuasionis est: nam subiungit 3 QVAM MAXIME VNAM FACERE NOS HANC FAMILIAM COLERE <ADIV-  
 926 VARE> ADIVNGERE, quod utique pertinet ad matrem puellae, 10  
 927 uti Micio ducat uxorem. huic narratio supponitur 6 PRIMVM 10  
 928 HVIVS VXORIS EST MATER. laudatur persona 7 PROBA ET MO-  
 DESTA. † ergo ne persuasionem eius filius ille teneret ac pater  
 929 suum repeteret, adiecit illud NATV GRANDIOR ... 8 PARERE  
 930 HAEC IAM PER ANNOS NON POTEST. hic ab honesto 9 NEC  
 QVI EAM RESPICCIAT QVISQVAM EST SOLA EST. deinde persua- 15  
 931 sio est ab eo <quod> deceat et a uoluntate 10 HANC TE AE-  
 QVVM EST DVCERE. — ET TE OPERAM VT FIAT DARE hoc <ad>  
 932 adulescentem, ut et ipse patrem cogat. — 11 SI TV SIS HOMO  
 HIC FACIAT si etiam accedas ad id quod cupio, continuo  
 933 consentiat pater. — 13 FIERI ALITER NON POTEST pars 20  
 934 utique deliberatiuae, an necesse sit. — 15 EGO NOVVS  
 MARITVS repugnatio: ab inhonesto argumentum ponitur, an  
 944 turpe sit uxorem ducere et iam anum ducere. — 21 ETSI  
 HOC MIHI INEPTVM ET ABSVRDVUM hic affectu, quo cogebatur,

2 namque] enim α || 3 <et> quaerit G || 6 iussisset W.: ius-  
 sit sed codd. | interroget W.: intelligit (-gi V) codd. || 7 est per-  
 suasionis α || 8 nos unam familiam facere (om. hanc) G || 11 lau-  
 dabitur G || 12 ergo ne (om. α) persuasione eius (-ne ei α) ...  
 ac pater suum (suum p-α) repetet (P, -tens G, resumeret V)] coni-  
 ne uero persuasione Micionis filius illius (i. e. Aeschinus) time-  
 ret, ne pater (i. e. Micio) suam rem peteret; cf. Don. || 15 per-  
 suasio est Schoell: -one codd. || 16 ab ea (ante pers-) α, om. β | quod  
 deceat et a W. (cf. Hec. IV 2, 1): de ea tua β, tu α | uolupta-  
 tem α || 17 ad add. W. || 18 ipsum α || 19 cedas α || 20 conse-  
 ntit G || 21 deliberatiuae W.: -ua ē codd. || 22 repugno α || 24 et  
 om. α | affectū <est> quod α; effectum est ut (cogatur respon-  
 dere) Westerh.

947 respondet se uxorem ducturum. — **24** HEGIO EST HIS COGNATVS Demea ut mutatis moribus bonitatem suam possit exprimere, multis multa donare efficit: nam cogit, ut Hegioni ager donetur. et hic quasi deliberantis est species: nam primo ab honesto ‘cui donatur?’ ei, qui proximus sit mulieribus, qui nobis sit affinis, qui pauper sit: quod 948 adiungit **25** BENE NOS ALIQVID FACERE ILLI DECET. deinde 949 an fieri possit, an magnum sit: **26** EST inquit AGELLI . . PAVLVVLVM QVOD LOCITAS FORAS. deinde <sup>t</sup>concedet a dictis eius cui persuadetur, quod uitium commune est senibus, 10 quia ad rem in senecta attenti sibi sunt. ab in honesto hoc 958 celatur **35** SVO SIBI GLADIO HVNC IVGVLO ipsum suo gladio interficio, quia ipse hoc dixit, unde nunc uincitur.

## (9.)

rursus aliud praestaturus <est> munus seruo, quod uult Syrum esse liberum. implentur deliberatiuae partes, quam- 15 quam meriti sui partes ipse seruus exequitur, quod a puerō ambos sedulo curauerit, docuerit, monuerit, quod bene praeceperit. huic rei per irrisiōnem adiungitur etiam illud, quod obsonauerit cum fide, quod adduxerit scortum, quod conuiuum parauerit et — id quod rem firmauerit — 20 969 quod hanc psaltriam hodie nunc emerit. — **12** DENIQVE HIC VVLT FIERI ne uideretur heredi inuidere, quod manu mittat seruum, <adiecit> ‘denique uult filius fieri liberum seruum’: qua re confirmata liber efficitur. adiungitur aliud munus: uult enim congreginare de beniuolentia, ut et uxori 25 Syri libera fiat. merito illud adiungitur, quod prima mam-

2 ut om.  $\alpha$  || 4 detur G || 5 ei W.: etiam codd. || 6 nobis sit Schopen: nobilis id codd. || 7 deinde <inquit> codd. || 8 an 2.] ad  $\alpha$  | sit] hic G || 9 foris  $\alpha$  | concedet] consuadet Schoell; an consultit? || 11 qui  $\alpha$  | sint  $\alpha$  || 14 est add. W. | <parmenoni> seruo codd. | quod — liberum post partes codd., transp. W. (duce Westerh.) || 16 meritis partes suas se codd., corr. W. || 20 ex id G, et hic V | rem firm- W.: confirm-  $\alpha$ , firm- G || 21 nunc] hic? | emerit <sed (s P, sunt V)> codd. || 22 mittat P<sup>2</sup>, -it rell. || 23 adiecit add. W. || 25 De<mea> beniuolentia<m> Westerh. | ut et] autē  $\alpha$ , ut G || 26 primum (om. mammam)  $\alpha$

mam dedit nato puero, ut iam quasi nepotis gratia illa  
 accipiat libertatem. adiungitur 'argentum a me accipito',  
 quod quasi beatus propter nepotem etiam ipse illam libe-  
 ram faciat. — **22** si . . . TV TVVM OFFICIVM FACIES tunc  
 omnia recte gesta uidebuntur, si officium tuum compleas 5  
 et huic aliquid dones, ne iniqua libertas sit *aut* in pau-  
 pertate sit ille qui manu missus est. — **24** ISTOC VILIVS  
 sine *istoc: timet* enim, ut istuc reddat. ut Plautus in  
 Curculione (II 1, 28) 'uenire poteris intestinis uilius', hoc  
 est absque intestinis. — **27** QVID ISTVC QVAE RES TAM 10  
 REPENTE MORES MVTAVIT TVOS quaeritur causa, cur subito  
 consuetudinem mutauerit Demea. — **28** QVOD PROLVIVM  
*proluvium* dicitur ultra naturalem mensuram alicuius  
 rei abundantia. — **29** VT ID OSTENDEREM nunc iam ad  
 declarationem u(en)it sententiae, quod non recta uita est 15  
 ea quae ex bonitate et clementia largiendo laudem quaerit,  
 sed illa melior est, quae peccata reprehendit et non par-  
 cit criminibus et integritatem ubique custodit. — **33** QVIA  
 NON IVSTA INVSTA PRORSVS OMNIA EXSEQVAR nunc autem  
 ob haec omnia uobis uita mea iniuisa est, quia non aequa- 20  
 994 liter et iusta et iniusta persequar. — **37** ET OBSECVNDARE  
 IN LOCO ut oportuit, iudicis sententiam declarauit. tum  
 adiecit 'in loco', ut diuersa quae faciat reprehendens per  
 genus etiam in loco obsecundet et foueat, quemadmodum  
 hic conuersatione mollior uisus est Demea, qui durus antea 25  
 uidebatur, et Micio parum probabilis, qui uidebatur tenere  
 bonitatem, denique *con*sensus ab omnibus commodatus

1 ut iam W.: etiam *codd.* | quasi *iam* α || 2 accipito  
 a me α || 3 beatus α | illam W.: ut *codd.*; istam Schoell || 4 TV  
 — 8 enim *om.* G || 6 aut *add.* W. || 8 *istoc timet add.* W. | *ne*  
*redeat codd.* || 9 *uilius*] uehas *codd.* || 11 *causa cur*] *cur suos α* ||  
 12 *pluuum G, proluuum P<sup>i</sup>V* || 13 *proluuum add. W.* || 15 *uenit*  
*sententiae Schoell (duce Zeunio): uitae sententiam codd.* (ae ol.  
*sscr.*) || 17 *est om. α | et] † G, om. α* || 18 *integritate ullaque*  
*custodit sed (custos ds α) codd., corr. W.* || 20 *ob Zeune: in codd.* ||  
 22 *indices α | sententia G | tum Zeune: cum G, dum α || 23 per*  
*genus] porrigens α (unde corrigens Westerh.)* || 24 *foueat] iueat*  
*G; iuuet? || 26 et] ita Zeune* || 27 *consensus W.*

995 uidetur esse rectori **38** TIBI PATER PERMITTIMVS TV SCIS  
 997 QVID OPVS FACTO SIT. — **40** IN ISTA FINEM FACIAT optime  
 monuit, ut et ueniam tribueret praeterito delicto et iam  
 de futuro terrere uideretur, ut in ista meretrice finem  
 luxuriandi faciat. denique ita laudatus est ISTVD RECTE <sup>5</sup>  
 quod et ueniam tribuisti et admonuisti, ne peccet amplius,  
 istuc recte. uidetur tamen quasi quaedam *<in>* omissione  
 praeteritorum esse reprehensio, ut cetera illa quae per-  
 suaserat recta non esse uideantur, uel in manu misso  
 Syro uel in libertate data mulieri uel in munere Hegioni <sup>10</sup>  
 tradito uel in suasione, ut ipse uxorem duceret, ut hoc  
 consilium, quod nunc dictum est ‘in ista finem faciat’,  
 solum Micio laudasse uideatur, cum dixit ‘istuc recte’,  
 tamquam ‘superiora non recte’.

1 esse om. *G* | promittimus *codd.* || 3 et 2.] haec α || 4 in  
 ista] his α | meretrici α || 6 quod — recte om. *G* || 7 in omis-  
 sione *W.*: amissione *codd.* || 13 cum om. α || 14 superiora] sua α

---